






- ~~XLIX. 6.~~  
CXIV. 8.

38487.




















1

DIARIA DE BELLO CAROLINO





QVINTII Hamiliāi Cimbriaci Poetae Sche  
dion.

IN GALLOS.

Cedite ab oenotriis galli iam cedite terris.  
Dum licet innocuis ferta referre domum.  
Nā si quæ properat uos hic deprehenderit æstas  
Non erit ad reditum tam uia lata iugis.  
Lata modo, uersis lugebit gallia fatis.  
Ni male tentata ceditis italia.  
Scilicet ausonidum uestris ditata triumphis  
Tellus: gallorum barbara gesta feret?  
Quæ quōdā cimbros: quæ sæuis teutōas armis.  
Quæ potuit poeno sub duce ferre minas.  
Quæcunq; Italiam gentes mouere tumultu:  
Euentus olim non habuere bonos.  
Quæ ego nō ferrē nostris cecidisse sub armis:  
Sed non tam longam teximus historiam.  
Etiam finitimi feriunt noua foedera reges.  
Et fit dictator exul: & arma parat.  
Non Leo bellipotens: nō gallica sceptrā qrites.  
Non feret expertas Herculis hydra manus.  
Vos igitur moniti ueterūq; exempla secuti  
Discite: quid fronte ianus utraq; ferat.



QVintii Hæmiliã cimbriaci Poetæ In Diaria  
Alexandri Pæantii Benedicti Vero  
nensis Phyci.  
Epos Hendeca syllabicon

Si tenosse iuuat seorsum ab ore  
Vulgato Venetismo sub armis  
Res gestas atavis nihil minores.  
Quamuis historias diu exoletas  
Iam longam repetes per æuitatem.  
Quum galli Ausonia quasi subacta.  
Ad Tarrum furerent nouum furorem.  
Rem factam arbitrio diu arbitrati.  
pæanti legito Diariorum  
Libros: hosce fide fideliores  
Dices: ac subito uidebis esse  
Nullam nunc uenetis potentio rem  
Gentem: Strymonios sequi furores:  
Testis dissidium Nouariorum  
Quum mouit Leo fortior libyssis  
Et gallos retudit diu uagatos.



ALEXANDER BENEDICTVS VERO-  
NENSIS PHYSICVS AVGVSTINO  
BARBADICO ILLVSTRISSIMO  
VENETORVM PRINCIPI. S. PER  
PETVAM DICIT.

Ellum, quod hoc anno illustrissi-  
me Princeps tuis sanctissimis auspi-  
ciis cum Carolo octauo Gallorum  
rege pro tuenda sociorum libertate gessisti Fran-  
cisco Gonzaga Marchione Mantuanorum,  
imperatore tuo foelicissimo: duobus dunta-  
xat uoluminibus, altero pugnam tarrensem,  
altero nouariensem oppugnationem complexus  
sum: quibus diaria inscripsimus. Causam. n. bel-  
li huius & primum galli aduentum plerique co-  
piosius scripsere: quæ trans cursu quodam deli-  
bauimus: reliqua, quæ uidimus: uel quæcunque  
nobis tradita sunt, incorrupta protulimus. Nu-  
dam. n. materiam: rudem ac penè indigestam in  
ter annales tuos reponendam coaceruauimus.  
Erunt ex posterioribus, qui collatis undique hi-  
storiis hanc simplicitatem nostram, quæ fortasse nunc  
fastiditur: quod sit arida et exanguis, suauiore, u-  
beriorémque reddent: quod inter Veteres. T.



Liuius miro successu eo modo adimpleuit. Historia magnā quidē uitae partē expostulat: ī qua modus seruādus ē ut ueritas ī primis: ordo: digestio belli: causae cōsilia: cōtiones: rerū euēta: & totius belli progressus legētib⁹ ī prōptus sit. Atq; ipsa orō nō salebrosa: nō lāguens: nō nimīū diffusa: neq; succincta nimīū: neq; affectata deniq; uideatur: Vt legētīū animos uiuidi⁹ penetret. aut excitet: Acriter itē propōere debet: uehemētī⁹ p suadere: irritare: urgere: suadere item & dissuadere: exemplis frequētib⁹ animos īflectere: Hae omnia iis praeponēda sūt: qui ī pii tui gesta ueluti romāi noīis reflorescentis descripturi sūt. Ego simplicius quaedā quae ī dies gesta sūt annotaui minime in gratiā adulator uel in damnando nimis seuerus. Res hostiles debita cōmendatione nō defraudo: ut magis narrator quā censor acer & tetricus esse uidear. Verbis & sensu restrictus incedo. Scio etiā quosdā ieiune hāc historiā tetigisse: uel pauca uera demonstrasse: alios copiosiores ad uanitatē rede gisse. Hae. n. humanissime princeps nitidiora melioraq; fieri curabis: qui in rebus publicis Marcū fratrem tuū optimū principē imitatus es: qui nō minus intestinam quietem quā foris bella cum opus est foues: & ciuitatem



miro studio uberiores reddis pater patriæ ap-  
pellatus: leges sanctissimas cōdis: mūera in senatu  
amplificans: Quadraginta viros tertios addidi-  
sti. imperatoribus statuas publicare coepisti: pa-  
latiū miro ornamento extruis & uniuersā urbē  
exornas. tuo demū ductu, & optimis auspiciis  
rabies gallica perdomita est. Tuo consilio in-  
genio & armis gallorum truculentia ultra alpes  
coercita saeuit: Quam natura sagax (dicere id so-  
litus es) alpiū mirabili septo: et inexuperabili  
munimēto à mitiori orbis parte diduxerat: ut  
pacē quā tāto opere amas cū sanctissimo senatu  
tuo amplectereris: Tu in hoc flagrantissimo bel-  
lo īperii terminos longius protraxisti: Iam apu-  
lus te & senatū tuū uoti cōpos sūmissus adorat:  
& colit. Hæc. n. faciūt ut te magis ad principatū  
diuina ratione quā senatorum suffragiis delectū  
fuisse posteritas admiretur. Vale.  
Venetiis duodecimo Kalendas apriles. Anno  
.M.IIID.



ARGVMENTVM Primi libri ad Antoniũ  
Boldum equitem clarissimum, Ioannem  
Marcellũ, & Aloisiũ Molinum decem  
uironum præsides præstantissimos.

Arolus gallorũ rex ab italis pricipib⁹ i ita  
liã ducitur: qui Tusciã protin⁹ occupat.  
Romam superat. Pontificẽ parere cogit. expul  
so Alphonso & Ferdinando regib⁹ Neapolim  
sine praelio subigit. regnat: imperat. triũphat.  
Icto iter Pontificem. Alexandrum. Max. Imp.  
Alph. & Eli. hispaniae reges: Senatum uenetũ:  
& L. ducem mediolanensẽ fœdere: onustus præ  
da rediẽs capta Nouaria ad Mediolanum occu  
pãdum anhelat. Insurgunt Veneti & ad Tarrũ  
subito milite illũ aggrediuntur: & tẽtoria et im  
pedimenta regia non incruenta uictoria corri  
piunt. Gallus impetratis induciis turpi fuga ad  
extrema italiae cõfugit.



ALEXANDRI BENEDICTI PHYSICI  
DIARIORVM DE TARRENSI  
PVGNA LIBER PRIMVS.

Arolus octau<sup>9</sup> Gallorū rex uigefimū  
quartū ætatis annū agens regnādi cu  
pidine ductus: ut fidē reb<sup>9</sup> faceret. si-  
mulata religiōe bellū cōtra Turcas parare ubiq;  
uulgauit: et quædā uaticinia de se ipso augurari  
cōfidenti<sup>9</sup> professus ē. Ita ut ei<sup>9</sup> auspiciis Hispa  
nia: Germania & Italia pdomita facile Græcia:  
Asia: Syria: ac Egypt<sup>9</sup> illū tāq̃ deū ueneraretur:  
Et adepta Hierosolyma deposita humi corona  
sepulchrū Christi uenerat<sup>9</sup> uictor triūphans su  
prema die in cœlū rapetur. Nocturna præterea  
quædā uisa aīum (ut aiūt) cōmouisse iactauerat  
q̃bus facile uniuersū orbē occupatur<sup>9</sup> eēt: si re  
ligiosi cuiusdam monitis paruisset: ea dese dici  
uel præfēs patiebatur. Cumq; de neapolitano re  
gno aīo plura uolutaret: id hæreditario iure  
ad septinere nō uerit<sup>9</sup> ē dicere. ac proximo An-  
daguiēsū quorū fuerat id regnū sibi cōueni-  
re. Bene gerēdarū præterea rerū dūtaxat occasio  
nem nō impium quærere; plurimū q; ad bellū  
locorū uicinitatē & rei frumētariæ opportuni



tatē: prodesse cōmemorabat. eo tpe calamitatē  
ingētem in italiā uenturā astrorū piti prädixe-  
rūt. Ferdinādūq; regem impiū sine cruore: sed  
sola fama amissurū. Saturno oeconomō mar-  
te aduerso sole horoscopo īcipientis anni fide-  
rumq; defectib<sup>9</sup> prāteritis augurātes. Elemēta  
quoq; nō sine prāfagio fuere: auctis supra mo-  
dum in tota italia fluminibus: anno. M. VIID.  
octubri mēse. Athesis īter cetera flumina aqua-  
rum impetu ingentem pontis molem ad imū  
deuoluit. qui īgētes externarū gentiū copias ita-  
lis urbib<sup>9</sup> undiq; se se supfusuras auguriū dedit.  
Religiosus prāterea quidā pari modo ieiunio-  
rum tempore sequenti anno cum Nouariæ  
pro more prädicaret ciuib<sup>9</sup> ingētē cladē īmi-  
nere: Hispanos: Gallos: Eluecios: Sueuos: Teu-  
tones: Dalmatas: Macedones: Græcos: Tur-  
cas īnumerasq; alias nationes propemcēnia au-  
dituros prädixit uerissima quidē prādiuinatio-  
ne. Maiora quoq; ī grācia Constātinopoli prā-  
sertim a uulgo iactabantur: ruinam hoc tēpore  
religionis Maumettanæ finēmq; imperii Otho-  
manorū Magis minitātib<sup>9</sup>. Ea omnia a plerisq;  
ita uerisimilia uidebantur: specie religionis salu-  
tari omniū ferē animis caligatis: ad rabiēmq; nō



audientiam populis adactis ut pro publico ueluti bono uota ubiq; soluerentur: Victoriámq; christianissimo Regi priscos omnis gloria superturo præcarentur. Carolus itaq; cõcepto regnãdi desiderio : dissidentibúsq; in Italia uarias ob causas principibus a Ludouico Sforzia qui gubernationis à mediolanensibus primatibus imperiũ acceperat: facile ad bellum inuitatur: Ac Hercule ferrariẽsi duce : Iuliano Cardinale Sancti Petri in uinculis: laurentinóq; medice florentino: Ianuensi altera factione. Nam & Pontificis Alexandri vi. iussu quibusdam Cardinalibus nomen de pontificatu mutando occasionem dabat. Hærebant præterea lateri perpetui, regulorum qui proscripti fuerant: aculei. Plebeiusq; totius regni neapolitani fauor. Ludouicum nanq; concitauerant Ferdinandi regis importuna imperia: ut Ioanni Galeacio adolescenti nepoti suo qui ducis nomen duntaxat haberet, gubernationem restitueret: alioqui armis eũ exterminaturus esset. Hercule uero nota ueneni (ut qdam dicunt) suspicio: uel Rhodigii amnicæ insulæ (ut alii ferũt) repetendæ spes: quã pridẽ iter pacis cõditiones cũ Venetis amiserat: præcipue impulerat. Nã priori año ad



regē Gallū filiū promissæ fidei obsidē prēmisit  
ipse uero ad Ludouicū se cōtulit generum cum  
quo aī sui cōsulta retexit: de belli sūma diutius  
egit: Ludouici itaq; nomine ducēta millia num-  
mum aureorū ad milites alendos Regi plegatos  
pollicetur: classē itē ualidam. dc. equites arma-  
tos. Rex igitur Gall<sup>9</sup> his icitamētis iuitatus con-  
uocatis Galliarū prīcipib<sup>9</sup> uarias de bello susci-  
piēdo cōtra Ferdinandū sentētias audire cōepit.  
Alii uictoriā: alii difficultatē ostēdere: nonnulli  
picula ingētia Gallorū in Italia frequētē stragē  
uel hac nostra ætate idicantes. Ille silentio facto  
se se in Italiā ire decreuisse: diuinam quidē occa-  
sionem sibi oblatā sequi uelle respōdit. Ceterū  
ut ipsi quæ bello necessaria essent in mediū pro-  
ferrent. Primum itaq; pacis fœdera principes to-  
tius ferē europæ iungēdos esse proposuit: alios  
cōdonatis ciuitatibus: alios pecunia cōcilauit:  
quosdā redimēdæ rei. p. christianæ spe: uel uete-  
ri amicitia stabiliuit: nōnullos amplificādi im-  
perii gratia Eluecios & Cimbros sibi certa fide  
confirmauit: omnes iure iurando fœdera inic-  
re: Ea fama Ferdinandum perterrituit: qui apu-  
liæ principes uariis de causis consiliū inops ad  
unum sustulerat. ut solus imperitaret: Omnis



igitur populos cōcitauit in sui odium: & eos prae-  
fertī qui ueteris andagauensis factiōis studiosis-  
simi erāt: atq; pristinae libertatis memores. His o-  
mnib' labefactare impium cōepit. Tum rex cō-  
siliorum golli haud inscius: flā mā ingentē: quā  
ipse totiens in italia aluerat: in se ipsum conuer-  
ti senserat. Et quo numine uel furore praeditus  
esset, nescio: gallorum aduentum & praesentem  
ruinam: uenetosq; ad ultima incredulos pa-  
lām iā praedixerat. Cum igitur gallorum regē  
per exploratores bellum parare intellexisset: Ve-  
netum senatum supplex litteris ac legatis per-  
petuis socium sibi petere non cessauit: in quo  
salutis imperii sui praesidium omne locauerat.  
Sed iam gallorum rex litteris a senatu fidem ac-  
cepat: ut manus quoquo modo a bello abstine-  
ret: fidemq; ueteris amicitiae seruaret: sua dunta-  
xat sine alicuius iniuria repetiturus. Pontifi-  
cis & Ferdinandi ac Florentinorum legati ade-  
rant qui Venetos a fide galli reuocare conan-  
tes: totius Italiae praesentem ruinam & imminē-  
tem populorum stragem ante oculos prepone-  
bāt: & italiā quōdā rerū dominā predā barba-  
ris breui futurā. Ferdinādus spē deiq; oēm ī pō-  
tificis & florētiorū copias trāstulit: & uenetorū



auxiliorum spe (ut sibi uidebat) destitutus in cœro  
re (ut dicunt) obiit. Alphonsus filius malis auspi-  
ciis regnum init. copias undique & classem cōpa-  
rat: seque apto Marte cum Gallorum rege dimica-  
turū iactat: nec se iter angustias saltu ritu ignobi-  
liū ferarū: uel in siluarū latebris occultare magni-  
ficenti quā uerū dicitur. Gallus iterea uenetis lega-  
tū miserat qui promissorum fidē rursus accipet: per-  
suaderetque pro rei. p. christiāe salute in fide perma-  
nerent. Venturū eū non credentes: uulgarāt in ge-  
nibus Gallorū copiis alimenta nō sufficere: diui-  
sis uero discrimen imminere. sed plurimos ea  
opinio fefellit. Gallus itaque classem Genuæ parari  
iubet, alimentaque per statuta Alpium loca distri-  
buit: sub uariisq; ducibus per interualla ob rei  
frumentariæ inopiam in Liguriam præmittit.  
ita sensim Alpium radices sine tumultu, mili-  
tibus cōplet. putant quidam ad. xxv. millia ho-  
minum uēisse. iter quos. v. millia equitū armata  
erant. cymbrorū uero & elueciorū. xv. millia. re-  
liqua peditū uarii generis turba erat. Ad hanc  
quoque expeditionē & milites italos coegit. Me-  
diolani: Bononiæque ac Ferrariæ conscripsit. inter  
principes uero Franciscū Gōzagā marchionē  
matuanum magnis oblatis stipendiis a fide uene



torum per nuncios reuocare conatus est. Ille uero se Veneto senatui q̄ acceptissimum esse respōdit: militiae q̄; fidē acceptis cōditionibus seruaturum. Tandem Rex Gallus ex alpiū angustis prāter oīum ferē opinionē Hastē iii. Idus septē bres M. VID. peruenit: Vbi mutato cōlo febre acutissima corrept⁹ ē pustulās q̄; q̄sepinyctidas uocāt: nri uariolas, extulit. ac adepta tādē ualitudīe, Ticinū uenit. ubi copias diuisit: Partē alterā in flāminiā: Alteram Florētiā uersus prēmittit. accepta a Ludouico Sfortia ingēti pecunia. Tū Petrus medices ut gratiā regis iniret oppida obtulit: quib⁹ acceptis & præsidio firmatis cōtendit Lucam, deinde Pisas & a ciuib⁹ in urbem receptus est. Rex uero Alphōsus Ferdinandum filiū Calabriae ducē Cesenā prēmittit: Vt hostiū copiis occurreret: quas Hercules Dux in Agrū ferrariensem cōtraxerat; Vt diuisis uirib⁹ facile a Gallo suparetur. Patefacta igitur alia uia Gall⁹ has copias reuocauit. Florētiā q̄; cōtendit. Magnitudo nāq; instātis belli uniuerſam Europam concitauerat. Quum facile Pontificis: Ferdinandi: & florentinorum uires inter tantas uiarum præsertim angustias Gallorum copiis resistere posse existimarent: in bienniū q̄; bel-



lum protrahi non dubitarent. His diebus Io-  
annes Galeacius Maria mediolanensis Dux Ti-  
cini moritur. Ludouicus patruus imperium  
accipit rogantibus optimatibus Urbis: quem  
paulopost Maximilianus imperator priuilegio  
confirmauit. Appropinquante Gallorum re-  
ge florentinorum res pub. a primatibus ur-  
bis Petro medice ac Laurentino destituta, pu-  
gnæ discrimen mutata sententia subire noluit.  
et oblata a Gallo conditiones accepit. Et Ca-  
rolum regem ciues patrem patriæ salutarunt. &  
cxx. millia aureorum obtulerunt. et in urbem  
ouantem acceperunt. Hic rex arbiter paucos  
post dies Pisas libertate donauit inuitis florēti-  
nis. Horum legati qui uenetiiserant accepta tā-  
te rei pub. clade sponte missionem accipere.  
Pontificis uero & Alphonsi regis ad ultima  
permanere. In pontificis igitur atq; Alphonsi  
regis uirtute spes omnis relictæ est. Vnde  
robu omne in urbem receptum est. tum Ho-  
stia oppidum obsesso flumine Romam fa-  
me premebat sancti petri in uinculis cardinale  
Pontificis hoste. Vnde ad rerum omnium  
inopiā romani peruenere. Pontifex uero cum  
ātea romanorū numero & uirtute fretus secur⁹



eē uideretur, appropinquāte Gallorū rege adeo  
territus est: ut ui illa, ac magnitudine animi elā  
guescēte, ad oblatas regis quoq; p legatos cōditio  
nes protinus descenderet. tū populus omnis ex  
summa tristitia in plausum ac lētitiā con  
uertitur. Pontifex inuitus regias copias quæ in  
auxilium uenerant extra urbem excludit.  
Ipse uero in arcem se cōtulit formidinis plenus.  
Carolus calendis ianuarii cum uniuerso exer  
citu Romæ exceptus, in palatio diui Marci se  
sedem locauit. ubi cū pontifice compositis re  
bus inter mutuos complexus Maclodiensem  
unū ex baronibus regi carissimū mentitæ ami  
citæ auctore cardinalem designat: Subiugata  
deinde rerū. q. domina Roma quito calēdas fe  
bruarias Rex gallus roma discessit: & inuito Pō  
tifice Zizimum imperatoris turcarū fratrem ui  
rū maximæ uirtutis & strenui animi ut omnia  
in turcas moliri uideretur, secū abstulit. eius cau  
sa pontifex xl. millia nummū aureorū singulis  
ānis data taxatione a fratre accipiebat: tradūtq;  
eam ob causam hactenus turcas extra Italiam  
coercitos fuisse. his successibus commoti Hispa  
niæ reges naues xl. Siciliae insule præsidio mi  
serunt: rerum euētum expectantes. Hyems eo



9  
tempore adeo secūda adeo prospera regi fuit: ut  
de statuis Rex nō cogitaret: Temporariū enim  
Veruel Autūn<sup>9</sup> uidebat clemē ei<sup>9</sup> t<sup>9</sup>pis clemētiā  
sine niue sine pluuia a<sup>9</sup>deo opportune sibi dari  
iactabat: p hyberna. n. castrametari Gallis perq̃  
facile erat: Italis īsuetis præserti difficillimū. His  
cōmodis iūtatus Rex in regnū neapolitanum  
dirigere exercitū statuit tāto successu letus: sed  
insidias pontificis metuens Cæsare cardinalem  
ualētianum obsidē & urbes neapolitano regno  
proximas iā acceperat. Interea Alphonsus Rex  
omnibus destitutus: cognito etiā perenni po-  
pulorum odio salutis uiam prosperam sibi in-  
uenisseratus deposito diademate, regno spon-  
te se abdicauit: filioq; Ferdinando a populo  
dilecto imperium dedit: qui studiis, rei milita-  
ris disciplina, clementia, pietate, iustitia, libera-  
litate: qui nec manus quidem sanguine imbuis-  
set ardentius colebatur. Hic quietum regnum  
polliceri. proscriptis pcere: & īiurias omnes pri-  
uatas & publicas abolere cœpit. milites quoq;  
recognoscit. urbes oppidaq; nouis firmat præsī-  
diis. at pater relicto regno regiā omnem supelle-  
ctilē, thesaurūq; secū abstulit: & Siciliā uers<sup>9</sup>  
nauigauit. At Gallus Pōtificis urbes Terracinā



carpentū. cāpaniam & maritimas oras occupa-  
uit diruitq;. Iacobū comitē: ac Fundorū prīci-  
pem sedibus expulit: Ferdinādus aduentāte ho-  
ste pugnā protrahere decreuit: & angustias tātū  
locorū tueri sibi proposuit: Nicolao Vrsino pe-  
tiliano comite impatore suo: & Ioanne Iacobo  
triulcio duce suadetibus ne pugnādo fortunæ  
imperii cōmitteret. sed cūctādo Gallorum Re-  
gē ad rerū inopiā deinde ad famē perniciosam  
cū uniuerso exercitu pduceret: ita. n. euēit. neq;  
opinio fefellit. Nā annonæ caritas. deīde fames  
protin⁹ in Gallicis castris secuta ē: & equis pro  
pabulo uitiū sarmēta erant: In tanto rerum di-  
scrimine Gallus modū iuenit ī celeritate: & re-  
gnū neapolitanū subito milite īgreditur & Aq-  
lam copiarū pte præmissa Ciues spōte se se dedi-  
derūt. deīde quædā oppida ī deditiōē accepit.  
alia quæ portas præcluserāt protinus diripuit.  
Cāpani Regem gallorū lati excipiūt. Ferdinā-  
dus uero qui Neapolim confugerat cognito  
populorū odio amisso leui momēto regno: col-  
lectis piter impedimētis: præsidiis arcibus dua-  
bus firmatis: triremes cōscēdit & in Prochyta in-  
sulā vii. triremib⁹ oī cū familia se recepit. Caro-  
lus his auditis relicto Capuæ p̄sidio Neapolī cō



tēdit. quē ciues īgenti plausu suscipiūt: & de re-  
gno adepto īsequētes dies triūphū amplissimū  
pollicent. Arcē nouā paucis dieb<sup>9</sup> cepit. at ī ouo  
sitā scopulo paulo post ad conditiones cōpulit.  
hic Caieta munitissima urbe accepta, arcem  
expugnauit. Nicolaū urfinum comitē Petilia-  
nū: & Ioānē Iacobū triulciū q̄ ad nolanos cōfu-  
gerāt captiuos habuit. Sed hūc ob res Mediola-  
nēses statī liberauit: illū sub custodiis tenuit Ta-  
rentū: Salernū: usq; ad extrema Italię oīa in eo  
successu sibi xiii. dieb<sup>9</sup> uēdicauit. Quēdā mari-  
timę urbes ī fide Ferdinādi pmāsere. Legati Ve-  
neti Antoni<sup>9</sup> Lauredanus & Dominicus Triui-  
sanus eq̄tes tantarū rerū magnitudine attoniti  
regē parua manu ea oīa paucis dieb<sup>9</sup> cōfecisse ad-  
mirabātur: fortunā ipsā Regi ancillā factam eē  
putantes. paucisq; diebus discessere. hac uicto-  
ria fama incredibili uniuersā Europā ad Asiam  
usq; cōcitauerat Gallus. unde Baifet<sup>9</sup> turcarum  
imperator ac Egypti deinde Rex de bello iam  
cogitare cæperūt lā littora turcæ: & īfulas in cō-  
tinē tē fugientes destituerāt: Chalcidis præfect<sup>9</sup>  
in euboea suos omnes Constantinopolim mi-  
serat: His dieb<sup>9</sup> Zizimus Baifeti frater īdiligen-  
tiā regis rheumatismo moritur non parua.



rei christianæ iactura. Gallus superbia tumens  
inter mortuam in toto ferè orbe militarem di-  
sciplinam arbitratus præcipuū ex præfētibus ad  
iudicauit magis mouēdā esse fortunā q̄ expectā-  
dā. post tantam uictoriā à pōtifice plegatos dia-  
dema regni neapolitani petiit censū quotannis  
perfoluturus: quod cū pontifex cū uniuerso cō-  
cilio recusasset de Hierosolyma nihil cogitās: de  
Italiæ imperio: deq; pontificis statu mutando ī  
animo uoluere coepit. interea milites per Cam-  
paniam: Apuliā: Calabriam: Brutiūq; distri-  
butis magistratibus securi uagabantur. Do-  
mos priuatas diripiebant. fana spoliabant. nec  
à sacris uirginibus abstinebat dira libido. prin-  
cipales foeminae stupra perpeffe corporū ludī-  
bria deflebant. itaq; nulla in parte cessauit luxu-  
ria, ebrietasq; atq; rapina: quae inuisum gallo-  
rum nomē protinus effecerūt. Incolae magna ex  
pte mutata snia iā pro Ferdinādo uota nūcupa-  
re coepunt. Vulgata oppidi Mōtisfortini truci  
lētā caede: ac Sācti Ioānis. Caietæ itē ac Tuscanē-  
sisciuitatis euerfiōe. His cognitis Alexāder pon-  
tifex sibi timēs deposita spe: quā in romana tur-  
ba rei militaris experte posuerat: Vrbe extrema  
inopia laborāte cognito Caroli regis odio ac Va



11

lentiani Cardinalis fuga instantem ruinam  
reformidans incerta consilia uoluebat: statu-  
it conuocato patrum concilio de summa rerū  
deliberare: in quo hæc pauca elocutum acce-  
pimus. Videtis inquit filii. Carolum Gallo-  
rum Regem, Italiae magnam partem subegis-  
se: & eā armis Virisq; impleuisse: à Pontificia se-  
de oppida: urbesq; ademisse iam penitus ec-  
clesiam euersurum uidemus. multos enim pro-  
ditores: multos sedis apostolicæ hostes cernitis.  
nemo nostrum in reditu tutus erit: Hinc pro-  
fecto mea sententia discedendum est. His di-  
ctis confusæ uoces fuere aliis alia iudicantibus.  
Tandem uisum est in tanto rerum præsentium  
discrimine nutantes Italiae res principum fœ-  
dere posse contineri. ad id Maximilianum Ro-  
manorum regem: & Hispaniæ reges: Senatum  
Venetum: ac Mediolanensem principem Lu-  
douicum Sphortiam idoneos esse. Missis igitur  
legatis noua fœdera inter hos principes circiter  
Calédas aprilis icta sunt: Ad quæ Dux Medio-  
lanensis inuitus trahi uidebatur: eum tamē Se-  
bastianus Baduarius eques & orator clarissi-  
mus Veneti Senatus legatus mortuo benedicto



triuifano Collega ádeo conftanter ftabiliuit:  
Vt imperium omne pro Italia & ecclefiae fa-  
lute facile expositurus effer. Eo tempore fa-  
ma huius uictoriae iam imperatoristurcarum  
aures impleuerat. qui ad Senatum Venetum  
Legatum mifit: ut in comune rebus confule-  
ret. Is pollicitus eft exercitum & claffem in-  
gentem fibi magis q̃ Senatui Veneto timens.  
in Senatum fuperuenerat Philippus Argen-  
tonus regius legatus: qui cum audiret (ut fit)  
Turcarum fuperbas minas: illos Regem fu-  
um in Italia malle experiri q̃ in Gracia uel  
Thelfalia refpondit. Hic fequentibus diebus  
patefacto Principum foedere ita fupra modũ  
excanduit: Vt quæ in Senatu à Principe dicerẽ-  
tur non perciperet. Refpondit tandem audi-  
to nouo foedere impium fibi uideri Regem  
fuum periculofe in extrema Italiae occludi.  
Ad quem Princeps foederis summã his paucis  
aperuit: Scito hanc focietatem non in regis  
tui perniciem excogitatã: fed pro ecclefiae fa-  
lute: ac Italiae tutela initam effer. his acceptis,  
folicitudinis plenus difceffit: & Regi per nun-  
cios omnia fignificauit: qui fimulato metu fi



bi ampliora foedera superesse iactabat: uerum  
qua ratione liberum in Galliam recessum habe  
re posset turbatus in cōtionem processit: in qua  
discriminis ratio habita est. & qua posset uia Ge  
nuensium studia à fide Ludouici ducis euo  
care perquisiuit. Verum pontificem ad obse  
quia facile reuocare posse sperabat: Alioqui  
obiectis criminibus nec purgatis cōuocato pa  
trum concilio à pontificia sede perturbaret: uel  
inuitū in Galliā duceret. Urgebat instantis pu  
doris dolor quod Rex summis deuictis regib<sup>9</sup>  
ac subito amisso regno praeceps discedere cogere  
tur. Decreuit tādē relictis in Apulia & uniuerſo  
regno p̄sidiis, subitis itineribus magna copiarū  
parte, Romam cōtendere: ut rei festinatione so  
cii noui foederis opportune militē cogere non  
posset. Hæc cum intellexisset Pōtifex cum uni  
uerso concilio v. Calendas Iunias Roma egres  
sus Hieronymo Georgio equite Veneto legato  
suadente militibus quos Venetus Senatus ad  
eius tutelam paulo ante miserat circumseptus  
in Urbem ueterem primum secessit. Dein  
de Perusia decreuerat Anconam adire & Ve  
netias postremo nauigare si opus fuisset: Rex



l Gallus interea Senas uenit: & a factiosis ci-  
uibus in urbem exceptus est. & arcem occu-  
pauit. deinde ad Calendas Iunias Romam  
uenit. Amissa opportunitate frustratus intacta  
*Am.* Roma, Pisas uenit. ubi genuenses a fide Lu-  
douici ducis & quasdam trāspadanas urbes a-  
uertere conatus est. ut liberam abeundi potesta-  
tem haberet. Quod cum impetrare nequi-  
ret: uiam saltem sibi ferro aperiendam esse pro-  
posuit. Spem dabat celeritatis fiducia: ac segni-  
or (ut sperabat) sociorum expeditio. Tum Au-  
riliensem ducem qui haste alpium fauces custo-  
diebat, excitauit. ut iure hereditario res medio-  
lanenses turbaret opem protinus laturus. Is no-  
uarienses quosdam optimates ut in Ludoui-  
cum cōspirarent effecit: Forte mediolanenses  
milites ad custodiendos ditionis suae terminos  
missi fuerant. Hos Auriliensis dux interceptit:  
protinusq; in urbem Nouariam. iiii. Idus Ju-  
nias exceptus est a ciuibus quos clandestinis  
consiliis sibi conciliauerat. cum eo eqtes. D. ar-  
mati erant. Peditum. viii. millia. Paucisq; die-  
bus arcem male munitam occupauit. Pauor  
ingens Ludouicum Ducem ne imperium subito



amitteret: attonitum animoq; hærentem reddi-  
dit. qui cum hæc tristitia accepisset ex arce sum-  
ma ad hædes Hieronymi Leonis legati ueneti  
descēdit paucis comitantibus: amotisq; arbitris  
allocutus est orans: ut titubanti imperio, nu-  
tantibúsq; rebus subueniret. Nouariam urbem  
ditissimã misere amissam esse: utque Senatui  
rem ordine significaret: statúmque illi com-  
mendaret, obsecrauit. Legatus uero omnia  
se facturum promisit. Illum semper Veneto  
senatui carissimum fuisse nec socia arma pro-  
cius salute defutura. Idque propediem re ipsa  
cogniturum. Vnde Venetus senatus cognito  
sociorum discrimine pacis alioqui studiosissi-  
mus a Pontifice & Ludouico duce ad redimen-  
da loca quæ amiserant ad arma capeßenda so-  
ciali iure in dies magis atque magis excitatur.  
Constitutionibus enim foederis pro socio-  
rum auxiliis quisque proportionē uirium:  
& fortunæ taxatus fuerat: Subito igitur græ-  
cos milites stratiotas. m. cc. nauibus longiso-  
nerariis iussit acciri: Ex quibus. dc. Bernardo  
contareno duci designat. is protinus Nouariã  
contendit cum Galeatio seuerinate omnium



mediolanensium copiarum praefecto cum  
.dcc. equitibus armatis teutonum peditum  
.viii. milibus & Auriliensem ducem obsidio-  
ne premere coeperunt. In Italia nihilomi-  
nus senatus militem cogere coepit. & xiiii.  
Calendas Iulias ut diariorum nostrorum ra-  
tionem exordiar Melchiorem triuisanum  
exercitus legatum delegit. Interea Carolus  
praeclusis undique uis maris pericula subire  
nolens euentum belli ancipitem tentare ma-  
luit. & Pontremolum subito milite uenit:  
Id oppidum sub appennino est angustiasq;  
montium praeccludit: quibus Parmam itur-  
idque captum: quod sine ullo fere praesi-  
dio esset protinus cremauit. In hac re Ludo-  
uicum Mediolanensem ducem non proba-  
runt: qui in tanta rerum expectatione ita  
oppidum misere deseruerit. Tum Melchi-  
or triuisanus iiii. Calendas Iunias Pataui-  
um uenit: Vbi milites qui in statuiis erant  
collegit. Idem mira celeritate Veronae: Brix-  
aeque effecit. Interea Senatus Venetus Suaden-  
te Augustino Earbadico Principe, Francisco  
Gonzagae Mantuano Marchioni socio Rho-



dulpho patruo praefecturam exercitus designauit: qui summam rei cum legatis gubernaret. Dum hi militiae seaccingunt & milites cogunt: Melchior triuisanus consilio comitis Rhanucii phrenesii ac aliorum ducum de belli apparatu deliberauit: de numero equitum, ac peditum: deque tormentorum ratione ac numero: quae bigis uehi possent, recensere coeperunt. vi. Idus Iunias equitibus leuis armaturae stratiotis qui pridē dc. numero Venetias uenerant, longis nauibus aduectis Petrus duodus praeficitur. Melchior Triuisanus legatus a Senatu petiit: ut longiora ad se tormenta quae serpentinas, uulgus passauiolantes, uocant. xii. mitterentur: quibus Gallus uti maxime solet. iiii. Idus nunciatum est Germanorum liberas quasdam ciuitates: quae bouis sociiae dicuntur in Mediolanensem ducem arma mouisse Regis Gallorum causa: ad quem furorem sedandum praemissa pecuniae fuere. Idibus Iuniis Legatus uenetus collectis undique magna ex parte militibus ad Olium flumen peruenit, Senigaë quae constitit expectaturus Senatus imperia. Interea Fran-



ciscus Gonzaga Mantua cum delectis equi-  
tibus peditibusq; Rhodulpho Patruo so-  
cio Senigam contendit: ubi legatus xi. Ca-  
lendas Iulias constructo ponte olium flu-  
men superat. Tum praefectus copiarum equi-  
tes mille armatos. peditum .x. millia colle-  
cta recensuit. Deinde Castrorum prae-  
tores creauit vi. qui ius militi dicerent: ali-  
mentisq; pretia darent. Phæbum Mantua-  
num. comitem Aloisium Auogarium. Comi-  
tem Ioannē Franciscū Gambariensem. Marcū  
martinengum. Tutium Constantinū. Iulianū  
Codonoliensē. & copias demū traiecit x. Calē-  
das Padum cōstructo ponte transit. viii. Calen-  
das per agrum parmensē ad tarri pōtem iiii.  
millia passuū a Parma urbe distantē, peruenere.  
Ibiq; castra locarunt: copias militum Medio-  
lanensium expectantes duce comite Ioanne  
Francisco Acaiazano. Huc Lucas Pisanus alter  
legatus a Veneto Senatu designatus uenit.  
Conuenerant Italæ acies. cxi. peditum. xii.  
millia. quinto Calēdas uallē uersus qua Gallus  
transiturus esset: castra mouerunt: in Opianóq;  
Vico confederūt. à Foronouo circiter iii. M. p.



à Parma. viii. M. ubi uix fides de aduētū gallorū  
habebatur. Itaq; iiii. Kalē. Speculatores prēmif  
fos explorare iubēt: qui ex incolis gallorū copi-  
as aduētare acceperunt. numerūq; hostiū circiter  
xx. millia p appēninas ualles duci: alii. xv. mil-  
lia dūtaxat significarūt: Nā iūtilis plebs: calōes:  
lixæ: foemiarū grex: īpedimētōrū īgens nume-  
rus maiores hostiū copias ostētabat. Latinorum  
uero numerū suo recēsebimus loco: aduentanti-  
bus singulis diebus militibus. Iamq; Carol<sup>9</sup> rex  
ad uallis extremas āgustias peruenit. supraq; mō-  
tis uertice. ii. mil. pass. a Foronouo castrametat<sup>9</sup>  
ē. Interea Senatus Venetus qui à reb<sup>9</sup> diuinis sē-  
per exordiū sumere consueuit. Publicas suppli-  
cationes pro pugna ineūda decreuit. nec cessa-  
runt ab oraculis pia sanctorum uirorum uota  
ac sacrarum uirginum apud deum depreca-  
tiones: quibus deus optimus. maximus Vene-  
tum Senatum Diuo Marco praeside procu-  
rante seruaret. Post hæc uariæ in senatu sen-  
tentiaē fuere: Alii in pugna spem posuerant  
copiarum numero incredibili: hostiumq; for-  
midine: & rerum omnium inopia moti: fu-  
gientium tergis inhaerere facile persuadentes:  
praesertim cum auri argentiq; cupidine milites



traheretur: Alii pugnam protrahendam esse ostē-  
debant, dubiumq; belli euentum esse. uictū gal-  
lum exercitum dūtaxat amittere: Victore uero  
uniuersam italiam in maximo discrimine uer-  
sari. Vicit tandem sententia ut fortunæ pugna  
cōmitteretur: Famāq; uulgauerat Venetos nul-  
lo pacto cum gallis pugnatuos. Propterea iā  
Hercules Dux ferrariēsis ad regē litteras dederat  
quibus uenetos legatos nullam prorsus pugna-  
di auctoritatē habere a Senatu significauit. eius  
fides ac auctoritas apud regē mira habebatur:  
quādoquidē filiū obsidem reliquerat. Optabat  
hic ut gallus potito regno totius Italiae arbiter  
fieret. Gallus nihilominus sollicitudinis plen⁹  
uenetorū exercitū incredibili celeritate praeter  
spem comparatū esse ab exploratorib⁹ audiuit:  
ac idies augere cognouit. Accedebat & mi-  
litum fames et intra appenninum exigua pa-  
bula: de fuga: pace: uel induciis cogitare coe-  
pit: cum nulla supplementorum certa spes ef-  
fet ex Gallia rei festinatio milites prohibebat  
acciri. Verebatur ne diuina iustitia illam i-  
psam fortunam quæ totum orbem polliceri an-  
tea uidebatur: praecipitem ex alto rerum fa-  
stigio in imum subito deuolueret. Itaq; ut solet



fieri cum ultimi discriminis tempus appropinquat. in solitudinem solita confidentia: in metum prior audacia. in humilitatem tumens superbia uertitur: Tandem cum pugnandi necessitatem uideret in uirtute paucorum militum: sue uorumque robore: ac tormentorum mirabili magisterio omnem spem contulit. spem uultu simulans aspectu admodum leto similis & in armis promptae audaciae uidebatur. Toti tamen uiribus: omni que consilio pacem uel inducias primum tentare: alioqui belli discrimen subire statuit: Cogitauitque praecipue Io. Iacobi Triulcii consilio uictoriam facilem successuram si titubantes parmenses sibi adiungeret. Idque facile fieri posse Si uenetorum copiae ultra Tarrum castra collocarent. At contra legati ueneti suspecta parmensium fide opianum clium occuparunt. Galloque spem ademere: ne parmenses deficere auderent: cognita hac re gallus animum alioqui ferocem ad pacem tentandam magis conuertit. Caduceatoremque ad Venetos legatos Lucampisanum & Marchiore triuisanum mittit. Hunc patrio nomine araldum uocant galli. Is itromissus aderant. n.



& reliqui duces pallio lineo cyaneo aureis disti-  
cto liliis inquit regē suū nouum exercitū uene-  
ti senatus uias præclusisse nō parū admirari. sem-  
p̄r̄q; rei pub. uenetæ amicum fuisse: nō esse qui  
nesciat: nihilq; aliud desiderare q̄ in Galliā abe-  
undi potestatem: alimētāq; pro exercitu uelle  
æquo pretio. dimisso ī aliud cubiculū caducea-  
tore: consultisq; rebus: eidem rursus intromisso  
sic legatū alterū locutum esse accepimus. Nul-  
lam pacis neq; induciarū auctoritatē à senatu si-  
bi esse: uerū si pacē uelit depositis armis Ludoui-  
co duci socio Nouariā & quæ pōtificis sunt: ur-  
bes & oppida ui sublata prius restituat. caducea-  
tor uero respōdit regē suū liberū aditum uelle  
aliās super Italorū cadauera cruētum trāsiturū.  
illi supbia Gallica indignati id actutū uelle ex-  
piri dixerūt. nec latinos oīs ībelles ac effœmina-  
tos existimari debere: nec uirtutem militare in  
Italia penitus esse deletā: nec Florentinos. Ro-  
manum pontificē. ac Alphonsum regem uel fi-  
lium Ferdinādum hostium fortitudine supera-  
tos fuisse: Sed putādum id fortunæ ostētatione  
accidisse. Dimissus caduceator haud imprudēs  
lustrato uenetorū exercitu (ita. n. euenire solet)  
quæ audiuerat: uid eratq; Regi renūciauit: Ve-



netorum copias ingentes adesse: qui hylari ani-  
mo pugnam expectaret: quiq; potius ultima  
passuri essent: quã liberũ cõmeatũ præstarẽt. His  
auditis iiii. nonas Iulias i sumũ motis iugum se  
contulit. ex quo ut copias Venetorum ingẽtes  
prospexit, ingẽti suspirio sese deceptum fuisse  
acclamauit. At Io. Iacob<sup>9</sup> triulcius & Franciscus  
secc<sup>9</sup> cũ optimatibus regis animum large exhor-  
tati sunt: q̃ solo regio nomine hostes in fugam  
uertinõ dubitaret. itaq; cũ pugnãdi necessitatẽ  
uideret belli discrimẽ subire cõstituit: militesq;  
circiter xl. speculatũ præmisit. Ab explorato-  
re Gallos primum aduentare in Venetorum  
castris nunciatum est. omnes ferẽ ad capeßen-  
da arma profiliere laeti: Militesq; leuis arma-  
turae, quos stratiotas uocant, circiter dc. pri-  
mi obuiam uenientibus hostibus cursu cita-  
tiores iere. Galli cum duce uenientis exerci-  
tus speciem tribuentes anteibant. Quos grae-  
ci milites statim ex improviso aggressi sunt:  
partim in fugam conuertere: partim trucidare.  
Stratiotæ uictores prima dimicatione laeti,  
affixis lanceis uelitaribus hostium capitibus, ca-  
stra ingressi sũt: ac magno plausu excepti: qdã



eorum ne uacuius ex praelio redire uideretur, ob  
truncato crudeliter cuiusdam incolae presbyteri  
capite: de quo statim conquestum est, militum  
ordini se adiunxit. Hoc paruae rei successu: su-  
mae indicabatur euentus. Qui fugerant Regi  
terrorem incusserunt: & cum copias contrahere  
non posset: tertio nonas in extrema ualle  
constitit: & robur omnium uirium recensuit.  
m. ccc. equites fortissimos armatos delegit. sagit-  
tariorum equitum duo millia & septingentos:  
sueuorum germanorum peditum sex millia:  
qui bipennibus: securibus: Hastis: ac minoribus  
tormentis armati sunt. Pedites sagittarios cccc.  
milites leuis armaturae ducetos: tormenta, quae  
pilas imani ponderis ferreas: ac plumbeas e-  
mittunt, xlii. magisterio incredibili instructa.  
In his salutis spem omnem locauit: nec diu-  
tius famem expectandam: sed belli discrimen  
subire decreuit. uallis ipsa a foronouo ex  
angusto in patentes campos duobus utrin-  
que collibus extenditur: in dextram & si-  
nistram: Illa, i Opianum uicum uersus: haec, in  
medesum Tarro flumine per mediam fere  
planiciem decurrente. Veneti eni (ut dictum e)



in destro cliuo confederant Parmensibus obiecti. Gallus uero peracto diuino sacrificio, sinistram omnium optimatum consilio petere constituit medesani uersus locum tutissimum. Pridie nonas Iulias, primum milites curare corpora: deinde armari iussit. per locum enim tutissimum transiturus erat: hoc est, per collis decliua: quae, lacunae: coenosa: uoragines, tarrus fluuius, riparum altitudo, arbusta praeterea, uirgultaque hostibus praetereuntibus tutissima etiam reddebant. ad quae sine magno incommodo hostes peruenire non poterant. qui si praecipites ac peruiicaci animo adoriri uellent: sua lassitudine dissipati uincerentur. Ea ratio salubris consilii uisa est: ut inter eas angustias saltus, hostes uenetos tuto opperirentur. qui ubi dimicaturi essent: nescio quo animi furore, aut praecipiti mente planum locum non reddiderant. Alii repentinae, & tumultuariae pugnae: alii mercenarii militis inopia, qui nondum in castra uenerant id attribuunt. erant in hostili exercitu parmenses agricolae: qui locorum rationem nouerant. hiber item plurimus campos lubricos: & inaequabiles effecerat



Rex interea tria agmina ingētia digerit primo  
Ioannē Iacobū Triulcium præficit. in quo ccc.  
equites erant: ac ducēti leuiter armati. Peditum  
hastatorū germanorū duo millia: quos qui par  
ua tormenta manibus gestabāt & bipennibus &  
securibus armati circuibāt. Exiguo interuallo  
antequitabāt Soli, Comes Nicolaus Petilian<sup>9</sup>,  
ac Frāciscus secc<sup>9</sup> (hic ductor ille captiuus erat)  
dererū euentu iter se colloquētes. Paulo post se  
cundum agmen sequebatur: cui Rex ipse præ  
rat. sexcentis equitibus constabat: id pugnam  
uocāt Galli altissimo uexillo cōspiciuū. in eo eq  
tes Sagittarii erant omnes quos enumerauim<sup>9</sup>:  
& germanorum peditum robur ferē omni  
um uirium Regis. postremum agmen pari  
spatio succedebat: in quo quadringenti equi  
tes erant: Pedites circiter mille. Reliqui ha  
stati pedites agmen unum uel phalangem in  
gentem constituebāt: quæ non longe à equi  
tum aciebus incedebat. Tormenta à fronte  
primum agmen & secundum tarrū uersus  
tuebantur: Adeo disciplina militari recte cō  
posita erant: ut nihil ordine excederet: neq;  
miles neq; pedes uagus aciem exiret: Rex ipse



duob' Cardinalib' tergo ihærentib' agmina ob  
eqtabat. & quãta inter indoctos poterat eẽ elo  
quentia. (Principes enim galli litteras negligũt,)   
duces omnis, ac equites peditesq; ad pugnam  
hortabatur, nihil infractus, ferox regis animus  
unumquẽq; nominatim excitabat. Galli uero,  
qui mira quadam religione regem suum co  
lunt, protinus his uocibus secuti sunt. O  
mnes uel uiuentes uel mortui ultima ui uicto  
riam tibi hodie daturi sumus ante conspe  
ctum tuum. Mox iubet rex ne quis uagus  
agmen exeat: neue quis praedæ intentus so  
cios deferat: aut gradum referat: ad uexillaq; re  
spiciant: memoresq; sint admonuit tantæ  
& diuinæ uictoriæ: qui Italiae magnam  
partem sola fama subegissent. & in uetera  
tæ uirtutis: qua occidentis populos domui  
sent: militesque Italos tyrones: militumq; præ  
fectum iuuenem sine rei militaris experien  
tia cum illis certaturos cognoscerent. Ludo  
uici ducis milites imbelles: nullam præterea  
in fuga spem: sed in uictoria tantum esse e  
docuit: Spolia item quæ uobiscum affertis  
ex hostibus uestra sunt: omnia auro, argentoq;



fulgent: Venetos nihil aliud q̄ arma gestare ui-  
deo. His dictis equites cruce obsignata fronte:  
cymbri pedites deosculata tellure omnes ordi-  
ne incedebant. Interequitabant tubicines, q̄  
regio nomine milites ad hostium iugulos et  
oculos hortabantur. Interea Franciscus Gon-  
zaga praefect⁹ socio Rhodulpho patruo: qui  
castra in tutissimum locum intulerant: uallo,  
fossāq; munierant. & si magna ex parte arduo  
cliuo tarrū uersus suapte natura tuta erant.  
Audito Gallorum aduentu: & perfecto | Deo o-  
ptimo sacrificio, in cubiculum legatorum in-  
tromissi sunt cū ducib⁹ oīb⁹. Primusq; Melchi-  
or triuifanus annuente collega pauca in me-  
dium protulit. Certa inquit hodie principes  
ac duces optimi à deo optimo Diuōq; Marco  
urbis nostrae praeside uictoria nobis parata est.  
Certus tibi Francisce Gonzaga triumphus est:  
uobisq; ceteris ducibus. ac militibus omnibus  
opima spolia oblata sunt. Hostis Gallus qui  
diuinis humanisq; rebus non pepercit ino-  
pia fameq; quali clausi solēt: laborat: multisq; i-  
tineribus. praeuptisq; saltibus defatigatus est  
hostibus circūquaq; septus: sine auxiliorū spe:



ádeo diuino fato derelictus est: ut qui inducia-  
 rum præposita specie, fugæ locum non iuenit;  
 in summa rerum desperatione uersatur: Gla-  
 dio salutem quæret: ferro sibi uiam faciet: Et-  
 si nobis ingentes copiae sunt: & ueteranorum  
 militum promptiores animi: tyronumq; fero-  
 ces: & quisq; pugnandi desiderio tenetur: cõ-  
 silio tamen atq; disciplina militari opus est:  
 quae omnia etiam sine obsequio irrita sunt.  
 spolia illa neapolitani regni ingentia: quae  
 secum ducit uestra sũt, si hodie gallos praelio  
 domueritis. Subito tota contione manauit  
 laetitia. Verebantur duces ne Senatus Ve-  
 netus bellum protraheret. Tum Franci-  
 scus Gonzaga praefectus, Pátres inquit opti-  
 mi si fata nobis hodie propitia erunt, Ve-  
 neto Senatui uel uniuersae magis Italiae si nõ  
 disciplinae militaris exemplum, fidei tamen  
 periculum in conspectu omnium uestrum o-  
 stendam. Et quo maius discrimen erit, relicto  
 huic patruo meo imperandi officio, ipse pilo  
 ac ense cum delecta manu uiam inter hostes  
 faciam: nec rerũ magnitudo: nec gallorũ sũma  
 desperatio animum perturbat. Post hæc agmĩa



duces & eorum ordo constitutus est. Numerus omniū copiarū in acies nouē more Gallico diuisus est: eo consilio, ut prima Gallorum acies: ac media, duabus Italis attentius pugnando uexaretur. Ita, ut postremi agminis oblita gradum referre nequirent. Ipse uero praefectus, ac eius patruus cū Rhanucio phrenesio ī postremum agmen hostium ab utroq; latere irrueret, dissipato eo agmine, priora facile a fugientibus perturbarentur: et ceterae acies in promptum datae subito imperata facerent. Prima acies Gracos milites leuius armatos continet dc. Petro Duodo duce: cui imperatum est, ut summū motis iugū a tergo caperet. hostes lacefferet: ordineq; disturbareret. Secunda, quae ex Italis equitibus cataphractis constabat quingentis decem Rhanucio phrenesio: Aloisio Auogario sociis. Tertia peditum phalanx cui Gorlinus Rauēnās, & alii duces praerant, iiii. milia continebat. huic, ne magno interuallo à praefecti agmine distaret: locum designauere: ut titubantibus protinus subueniret. Comes Bernardinus fortebrachius: Vincentio Corfico: Ruberto Strocio: Alexandro Beraldo pa



tauino: Iacobo Sauorgnano utinensi: Aloisio  
 Vallaresso patricio: Marco Martinego: comiti-  
 bus Brandolinis sociis cum equitibus ccclxx.  
 cataphractis quartum agmen ducit: cui, ut  
 postremum quoque Gallorum agmen adorire-  
 tur, imperatum est. Ioannes uero Franciscus  
 Acaiazanus Comes, sociis, Galeacio & Anto-  
 nio maria palauicinis: Hānibale Bentiuolo bo-  
 noniensi: & Galeotti mirandulensis filio cum  
 equitibus cataphractis dl. xxx. ut secundam Gal-  
 lorum aciem aggrediretur, iussa accepit. Inter  
 haec duo agmina, duo millia peditum distri-  
 buta sunt. In sexto agmine ccclv. milites ducit  
 cum Thadeo motella socio, Alexander coleo-  
 nus: quibus iussere: ut fluctuanti ubi opus es-  
 set aciei suppetias ferrent: ob id paruo interual-  
 lo distarent. Comes Antonius pariter urbinas,  
 ut pari spatio sequeretur, admonitus est. hunc  
 ex ducibus sequebantur, Comes Ioannes Fran-  
 ciscus Gabarensis: Carolus seccus: Antonius pi-  
 us: Ioānes rippa Veronensis: et anguillareses:  
 Io. Gradenicus patrici<sup>9</sup>: Lazari<sup>9</sup> ariminensis: Pe-  
 trus chieregatus. Tutius Cyprius. Philippus  
 Macedo cū ccclxv. equitib<sup>9</sup> Cataphractis. Po



strenuū uero cataphractorū Carol<sup>9</sup> melitēsis re-  
git: Taliāo Carpēsi: Angelo sc̄ti angeli: ac Iaco-  
batio ueneto sociis ducib<sup>9</sup> eqtib<sup>9</sup>: cclxxx. cui im-  
parūt ut castra seruaret: cū eo Nicola<sup>9</sup> fauorgna-  
nus cū peditib<sup>9</sup> mille aderat. Nonū eqtū leuiter  
armatorū erat: iter quos & scorpionum milites  
erant ī sūma cccc. Io. Græco & Sōcino benzono  
ducib<sup>9</sup>. tormētorū itē ordo ac rō hīta ē. Dimis-  
sa deīde cōtione dū securarēt milites: speculato-  
res hostiū aduentū nunciāt: triaq; agmina haud  
procul abeē obfirmātes. quod ubi in tota castra  
ptulit rumor: repēte tubicinum clamor ad ar-  
ma milites excitauit pugnādi auidos: qui partī  
ieiuni partī recreati ī eqs steterē. agminaq; mili-  
tes haud impigre secuti sūt. Legati Veneti euētū  
rei iuxta postrēa agmīa expectabāt: ut si opus  
eēt impatoris officio fungerentur. Verū inter se  
ex dubio pugnae euētū perniciosū Italiæ imo fe-  
rē totius orbis discrimen pensitabant. Regem  
si superari contigerit nihil prāter exercitum  
& impedimenta amissurū: uerū amisso Vene-  
torum exercitu totam protinus Italiam ad ex-  
trema uenturam: sed instantem pugnam ne-  
cessario Ineundam esse fatebantur. Interea Gal



lus Rex agmina per collis decliua ducens cum  
plueret miro modo compacta: per æqua in-  
terualla: impedimenta uniuersi exercitus, quæ  
innumera erant: & mulierum gregem sum-  
mo colle seruabat: pedites tormentaq; agmi-  
na circuibant. Appropinquâtibus itaq; Vene-  
tis Galli in hostium agmina primi tormenta  
emiserunt: quæ magis pauorem, ordinumq;  
perturbationem nouo præsertim militi, q̃ stra-  
gem intulerunt. Tum Veneti incredibili pu-  
gnandi desiderio audito tubarum signo: & ex-  
orto per agmina ingenti clamore: ex quo cūq;  
agmine strenui iussu sūt procedere: qui hostium  
acies aggressi sūt. Franciscus Gonzaga postremū  
Comite Bernardino forte brachio cū altero a-  
gmine: Mediū Acaiazanus eodē fermē momē-  
to oēs in hostes irruūt: qui obiecta fossa: aggere  
inaccessio: flumē Tarro: iteriectis uirgultis spi-  
netisq;: ac imbre dissipati proni ī hostium agmi-  
na magno īpetu irrūpunt. impigre pedites qdā  
sequūtur: sed eq̃tēs ferē soli pugna cōplēt: multi  
fossa cœnosa inuoluti cadūt: alii flumē nō trāse-  
unt: qdā lubrico aggere prolabunt ī cœnū. mul-  
ti loci iniquitatē timētes citra flumē cōstitere: sed q̃



strenui pugna ierant iam discordes: nec ad unum  
itēti imperiū uario tumultu gladios miscēt, cedes  
undiq; increscit: nec uiēt' à uictore dignosci po-  
test. Quidā ex uenetis relictis agminib' formi-  
dātib' ducib' ī hostes irruūt morā ī patiētes ad  
uirtutis & animi ostentationem. Alii imperiū  
frustra exequabantur angustiis retēti. comes An-  
tonius urbina sagminis dux loci iniquitate  
gradū nō intulit. Veneti quidē aīo maiore, galli  
maiore industria pugnant. Nanq; non medio-  
cris formido eorum animos incesserat, ac hosti-  
um multitudo perterruerat. Francisc' Gōzaga  
praefectus magis hic militē agēs q̄ īperatōrē: in-  
festo pilo priō cōcursu cōfossō hostis pectore a-  
gmen pturbauit: gladioq; exīde acriter pugna-  
do multa cede ad īteriora agmīs penetrauit: cō-  
fossūq; mutaturus equū ad suos rediit. Tū Rho-  
dulph' eq̄tes, peditēsq; cruent' quoq; ad pugna  
hortabatur: & īueteratē uirtutis nō iatī admōe-  
bat uiros. Tota. n. postrema gallorū acies pauorē  
fluctuabat. tum Galli latinīq; palantes manus  
conferunt: adeoque implicantur: a deo im-  
pigre utrinq; Gladios stringunt: ut qui uicto-  
res uictiq; essent à nemine dignosceretur. & ita



omnes cohærebant: ut armis arma pulsarent.  
Impedimenta statim nouo furore perturbantur ab equitibus leuiter armatis: qui prius Gallos pedites retro ferre pedē coegerant: hos secuti Græci milites qui cuncta ex iugo despexerant tanq̃ aquilæ decurrerunt. Hi hostes & suos trucidādo ea diripiūt: quos & latini pedites pleriq; ob auaritiam relictis ordinibus contra militiæ iura sequuntur ualido ruinæ incitamento. ingens igitur rapina nullo ordine miscetur. in hoc tumultu Rhodulphus Gonzaga in medio hostium agmine, memorabili edita pugna, aperta Galea, in facie grauius uulneratur: ac protinus concidit. Rhanucius pariter à pluribus simul Gallis post multas cedes opprimitur. Comes Bernardinus forte brachius uir strenuissim⁹ iniquissimo loco & piculi nō ignarus Gallorum aciem dissipato agmine aggreditur. Tū hostis cōpositis alis cōfusus milites excipit: hi mutuis uulnerib⁹ pugnant: à plurib⁹q; pauci oppressi interficiuntur: Alii palude inuoluti necantur: quidā aggere ac flumīe arcentur: retroq; cedūt. Ipse ductor Vallaresso acriter pugnantī opem latur⁹ à plurib⁹ hostibus circūseptus opprimitur:



Collisa Galea in capite grauius malleo uulne-  
ratur: moribundusq; equo concidit. Agmen, cui  
Ioannes Franciscus acaiazanus praefectus est,  
dissipatur bombardarum terrore, magisque caede. so-  
lus Dux cum paucis strenue pugnam init: in quo  
Ioannes Picininus, auitae gloriae studiosus, occu-  
buit. ac Galeacius corrigiensis. ex ceteris equitibus  
xiiii. desiderati sunt. reliqui milites abiectis lanceis  
& armis leuiiores foede terga uertunt: Parmaeque pe-  
corum more fugientes contendunt. quidam Carolus, co-  
gnomine ingrat<sup>9</sup>, oes duci ad macellum, ducem ob-  
iurgando, clamabat. Crebris undique ignibus caelum  
micat. tormentis tonat. ploratibus, clamoribusque  
completur. Pila ferrea, aenea, plumbea sibilantes  
sublimes feruntur. quae sine caede militum,  
& peditum, ordines disturbant. In eo pugnantium  
tumultu, Comes Nicolaus Petilianus, qui  
hostium agmina antecedebat, nacta occasio-  
ne, sponte se se Venetis dedit: qui suo aduentu ani-  
mos multorum titubantes erexit: & agmina nutan-  
tia cohortando, stabiliuit. hic legatis Venetis  
Gallos in summa trepidatione esse primus de-  
nunciauit: eosque haud dubio terga daturus: ob  
id persequendos esse: quibus satis est hostes de-



pulisse: contentosq; esse sola fuga. pedites qui  
inter utraq; agmina dispositi erant: inter quos  
plurimi ex ueneta plebe ancipiti pugna ma-  
nus miscent. nec Gallus nec Venetus dignosce-  
batur. ex iis circiter cc. Hieronymo Genua duce  
desiderati sunt: soli q; in ea parte pugnam susti-  
nuere. ductor in iugulo uulnerat, & manu inu-  
tilis redditur: Parua utrinq; tormeta irrita fue-  
re, puluere inflammabili, hymbre madefacto, ma-  
gno tormeto Iacobus salernus Veronensis in postre-  
mo agmine colliditur. alter miles sublato equo,  
in pedes stetit illaesus. ex hostibus nemo singulari  
certamine audet concurrere. sed plures singulos  
aggrediunt: protinusq; ad uexilla redeunt. nulla  
n. Gallorum acies est uel peditum phalanx: quae sine  
uexillo manus conserat. sciunt enim quo redeun-  
dum sit dissipati milites. ex Graecis pauci pu-  
gnant. inter quos Petrus busichius & Nicolaus  
nonensis uulnerantur. reliqui in pedimenta corrip-  
iunt. ex Gallis pleriq; amissis armis, supplices, an-  
nulos, pecunias, monilia offerunt: deinde ad suos  
redeunt. Legati Veneti iuxta castra obsequantes fu-  
giētes milites ignauos praenunio pauore nullo  
hoste persequente (terror namq; plerosq; inuaserat)



coercent: grauiusq; uano metu increpant. sese  
inermes ostendebant: ut sisterent fugam & secū  
essent, adhortantur. Comes Nicolaus peti-  
lianus agmina inferre subsidio pedem suade-  
re non cessabat. nec tantam tamq; diuinam ui-  
etoriae occasionem oportere negligere acclama-  
bat. uictos, fugatosq; Gallos esse, si agmen unum  
auxilio gradum intulerit. Ductores discrimen  
timentes cunctando certamen differunt. Interea  
dum acriter pugnatur: quidam peditum duces,  
qui nec nomine digni sunt: siue dolo, siue aua-  
ritia legatis denunciant, Italos bello fractos:  
cogiq; militem nouo stipendio oportere. Alter  
item Melchiorem triuisanum obuium ut fu-  
ga se redimat, hortatur. cui legatus sine inter-  
missione respondit: nequaquam uictoribus fugiendum  
esse. Nam & si ab hostibus uinceremur: satius es-  
set in praelio trucidari q̃ ob male res gestas a Ve-  
neto senatu capite puniri: forte esse ille exercitus  
ruinam optabat. Interea multum sanguinis fū-  
ditur. nec timido nec ignauo qui pugnam tras-  
tarrum inierat: cessare nūc licet. Galli paulatim  
pugnando gradum referunt per collis decliua.  
ueneti uel saucii insequuntur. Franciscus Gō



zaga praefectus mutato equo eminens militem  
rursus cogit: & delectis militibus, pluribus in-  
terfectis hostem persequitur: instatq; maiore  
conatu. Barbontemq; nothum regiae stirpis ce-  
pit: & Miolensē principem, aliiq; milites nobi-  
les à Venetis capte sunt. plures interfecti. Rex  
Gallus nec crista nec armis: minus itē sublimi-  
tate eq̃ a ceteris dignoscebatur ne hostibus ad in-  
cessendū incitamentum daret: sed in agmine hu-  
milis delitescebat: & regia insignia deposuerat:  
ne in praelio proderent: Gallos tandem cedentes  
Veneti pauciores insequuntur: illi statim prae-  
cipites in collem abeunt contra Venetorum ca-  
stra: direpta tādē p se pugna latini ad socia agmi-  
na redeunt. deinde omnes in castra se recipiunt.  
Hæc pugna intra horæ spatium peracta est: in  
qua tot nobiles duces interiere: in gallorū exer-  
citu circiter mille desiderati sūt. in italo uero ad  
duo millia. ex Gallis Itē calones lixæq; qui inter-  
fecti fuere. numerū caesorū auxere. ex optimati-  
bus xii. cæsi sunt: Ex q̃bus Vardus ariste<sup>9</sup> Dux sa-  
gitariorū: Dasonus & Semplēsis natalibus prae-  
nobiles: Torfuenſis: Chandensiq; pecunie lo-  
cuples: Benonēsis: Lemerlensis: Chetensisque  
barones: frater turonensis principis graui-  
ter



vulneratus ē Dux uigilū regius: Amprutenſis,  
eq̃tum ſagittariorum dux tormento contritus  
eſt: hi atris auibus dimicauere. Capti fuere, præ  
ter quos dixim⁹, Cherenſis nothus principis fi  
lius: Bonnionenſis nothus regius: Borſenſis di  
tiſſimus: Foretenſis patricius ualde opulentus.  
ex noſtris uero circiter cc. equites. Vbi hoſtium  
agmina fuerant ſimilis ruinæ ſtrages uiſa eſt à  
nobis: nobilium ducum & Gallorum & Italo  
rum: illos calceorum deformis magnitudo ad  
miram leuitatis oſtentationē uel in armis ipſis  
diſcernere dabat: quos & ſcalæ ab equorum ſel  
lis dependentes iuſta latitudine excipiunt: un  
de equorū pari argumēto ingens nūerus digno  
ſcebat. ex latinis uero præter quos ſupra dixim⁹  
Vincētius corſicus honeſtis uulneribus cōcidit.  
Rubert⁹ itē Strocus & Alexāder beraldus focii  
ī mediis hoſtiū cadauerib⁹ reſti ſūt. Petr⁹ Map  
pheus & Hieronymus recalchus ueronenſes Ioā  
nes malūbra uenetus ſtrenui in interiore hoſtiū  
agmīe cecidere. hi egregia morte āte oculos iace  
bant ſine cruore. oſcula. n. uulnerū imber col  
luerat: oēs in ora proni ſicut dimicātes aduerſo  
corpore: uulnerib⁹ plurib⁹ ī iugulo acceptis: q̃  
acrius q̃ cauti⁹ īter hoſtes dimicauerāt: quibuſq;



prospā fuerit pugna strenue dimicantibus ne-  
mini ferē certū fuit. Eq̄tes latini cathaphracti  
graues p̄ iniq̄s cāpi angustias: fluminis mobilē  
glareā: ripasq; inaccessas aegre subuenire potue-  
rūt. Galli expeditiores leuiusq; armati ex decli-  
uo collis subsidio cōpacto agmīe procurrebāt.  
uerū neq; Gallus neq; Venetus in pugna cruen-  
tissima persistere uoluit. Veneta tamē ingentia  
agmina quæ infra teli iactū immota manebant  
ueluti imperia expectantia metū Gallis incu-  
tiebant. Auaritia Item ad prædā Græcorū mili-  
tū procurrētū pugnādi suspitionē attulerat. ī  
ea pugna Gallorū īpedimēta innumera oī opu-  
lencia ditia amissa sunt: in quibus auri: argētīq;  
pōdus ingens reatum est. Gēmæ, monilia, uesti-  
menta, & maximus luxuriæ apparatus à Vene-  
to milite direptus est. & illa ingēs regia præda:  
quā ex Neapolitāo regno exultans Rex in Gal-  
liā triūphans asportabat, Inter milites diuisa est  
græcos, & pedites latinos. In hūc. n. diē totius an-  
ni discriminā fortuna accumulauit. cūmq; plus  
milites raperent, passim strata erant loca uiliori-  
bus sarcinis, q̄s in compatiōe meliorū priorum  
militū auaritia calonibus, lixis, rusticisq; conte-  
mnēdo reliquerāt. & tabernaculū regis oī luxu



& opulētia instructum ad uilissimos milites p-  
uenit. In sūma praeda oīs sequenti die inter soci  
os græcos nequiter diuisa fuit: quæ ducētis mi-  
lib<sup>9</sup> aureorū æstimata ē. Vexilla quedā ducū pe-  
ditū ī manus uenetorū puenere. equorū, mulo-  
rūq; īfinitus penē nūerus ī castra perductus est.  
inter ipsos uictores dum dimicaretur hostis erat  
qui pretiosiorē occupasset prædā. dolabris pre-  
tiosæ artis uasa argētea cōcidebāt. Ex regio ap-  
patu abacus oīs ex auro argētoq; cubiculi scri-  
nia rapta sūt: ī qb<sup>9</sup> uestimenta, stragulae, pistro-  
mata, & uasa cōuiualia: quæ reges lōga īperii pos-  
sessiōe cumulauerāt. sacelli sacri libri pretiosi,  
tabella gēmis ornata, & sacris ueneranda, annu-  
li præterea gēmis pretiosi. In ipsa præda librū  
uidimus, in quo pellicū uariæ formæ sub diuer-  
so habitu ac ætate ex naturali depictæ erāt, pro-  
ut libido in quaque urbe, ac uesanus amor eū  
traxerat: eas memoriæ gratia pictas secum defe-  
rebat. Interea Rex Gallus postq̃ castra locaue-  
rat de fuga incerta consilia uoluebat, periculo-  
so ac longo itinere Hastē uersus obuio. metus  
regem turbabat, ne ab utraque parte hostibus  
occluderetur, tot urbibus, oppidis, fluminib<sup>9</sup>  
que interiacentibus. At pro sepeliendis ca-



ueribus induciæ datæ sūt: Rex protinus caducea  
torē misit: qui sine tubiciē ueneto īgredi castra  
non ausus est: Is comitatus ad Franciscum Gon  
zagā præfectū, & legatos uenit: à quibus cū indu  
cias trium dierū peteret: hi ad meridiem dūta  
xat sequentem cessionē pugnae pacticiā ægre  
permiserūt: Interea mixti sparsim latini & Gal  
li suos quisq; quæritans: quos nouerat: pacē fu  
neri pro more dabat. Vidimus corpora fortiū  
uirorū exerta ex interuallis à pluribus spoliata:  
primi cariora ornamenta, uel uiuis detraxerant  
milites græci: ac latini: deinde rusticorum inco  
larum greges e sūmis mōtiū iugis pugnae euē  
tum spectantium: arma sustulere: ac postremo  
calonum lixarumq;: qui nudos tunica intima  
detracta passim mortuos & semiuiuos relique  
re: nec equorum corporibus inuitamento mi  
nimo uis ac libido pepcit: fellas, equorū tegu  
menta: tergora & soleas deniq; reuulsas uidim⁹:  
lācearum fascēs laceratos: alibi integros, tela īnu  
mera: sagittas: pilas ferreas: æneasq; & alia humi  
coniecta uidebamus: faucii plurimi nudi inter  
cadauera reпти sūt: partī opē petentes: partī semi  
mortui: fame: sanguinis profluuio confecti: ac  
tolis uapore siti exerta lingua fatigati aquā po  
d iii



scientes: in ea re nulla crudelitatis facies deesse uisa est. Hi circiter c. xv. fuere: inter quos & Galli mixti erāt, confœdata cruore, limoq; facie seruitutem mētientes: qui sine delectu in castra ueneta delati a uulnerum medicis curabātur impensa pub. Quidā amputatis manibus, pedibúsq; collapsis intestinis: nudo cerebro, spirabāt: adeo uitæ contumax natura est. Plurima cadauera Tarro flumine in padum deuoluta sunt. reliq; plusq; duo millia quingēta feris relicta sūt inhumata solis ardore & imbre tumentia: quæ punctim ferè omnia sub iugulo, uel in facie uulnerata erant: tormentis uero pauca contrita. Galli plurimi primo concursu prolapsi concidēre. Pila enim breuiora gestant: ob id priores ictus sentire: uerum Galli gladio aptiores uidebantur. Nam quo breuior est, eo aptior habetur. Arbitrantur plerique gallos exigua manu ita los fugare potuisse: si ausi fuissent ultro gradum inferre: Quos locorum angustiae coarguunt. Compacto enim agmine latinos loci iniquitate laceßere non potuissent: qui pari conditione per angustias, paludesq; dispalati, fameq; domiti quinque Venetorum agmina integra minime profligassent: nec latius ex



tendi acies patiebantur angustiae. Verum Co-  
mes Acaiazanus rem dubiam esse ratus, pu-  
gnam sequenti die expectans perpetuos nun-  
tios ad oppidum Columnum iuxta padum, mi-  
ferat: ubi soror sarcinas quae in arce erant: col-  
legerat: Vt si latinis male pugnare contigisset.  
litteris admonita diuitias omnis in nauiculam  
in promptum datā protinus deportaret: nec ea  
nocte scribendi defuit cura, ut de rebus certior  
fieret: eius milites plurimi hac die confugere:  
nec uulpem oblatam uenari uoluerunt: no-  
uo castrensi adagio. Vesperi itaque cum lega-  
ti Veneti se in castra recepissent: Dispositis  
a praefecto excubiis de pugnae euentu Se-  
natus significarunt: Litterae quae citius q̄ cre-  
dibile sit crebris per iusta interualla tabella-  
riis: Augustino Barbadico Principi sapien-  
tissimo redditae sunt: quae maxima totius ur-  
bis expectatione, in populum effusa omni ci-  
uitate: in frequentissimo Senatu lectae sunt:  
quarum summa erat exercitum cum hoste  
conflixisse collatis signis: plurimos utrinq; cō-  
cidisse: saluū deniq; exercitū esse. Euentū nanq;  
praesentis pugnae in tantis rerū pturbationibus



adhuc nō satis sibi eē p̄spectū: nūciarūt: uerum  
sequēti se epistola rem ad unguem significatu-  
ros. Hi uictoriae ignari conuersis partī militib⁹  
ad sua tentoria ut diuiderēt spolia: partim ob in-  
fuetam armis multitudinem in fugam concita-  
tā, uarioq; castrorum tumultu: quiq; hostium  
damna non cognouerāt: Vix ea significare po-  
tuerunt. Senatus igitur Venetus, ac uniuersa ci-  
uitas deterio rem fortunam existimans lectis lit-  
teris: in summo discrimine rem uersari arbitra-  
batur: quādo quidē nihil specialius ex iis intelli-  
gi potuisset: Suspicionem teterrimae fortunae au-  
xere litterae, quae Ferraria eadē die delatae sūt: qui-  
bus simulato mœrore Venetos bello fractos fuisse  
denūciabatur. Eadē fermē Ludouicus medio-  
lanensis Dux à Comite Acaiazano litteris acce-  
pat non sine magna animi perturbatione: qua-  
rum exemplum ad Senatum miserat: Vario igitur  
tumultu uniuersa ciuitas fluctuabat: Donec  
Senatus sequenti die de rerum omnium sta-  
tu particulatim litteris certior factus, despera-  
tam uictoriam omnibus patefaceret. Exorta  
est praeter spem per totam urbem laetitia per-  
specta uictoria, cognita magna ex pte praeda: ac  
hostili metu, qui pugnare non auderent: sed



modo inducias modo pacem supplices pete-  
rent: His ordine acceptis Senatus decreto Deo  
Diuo q; Marco praefidi publice gratiae aguntur  
et ciuitas genus omne laetitiae effusim celebrat.  
Interea igitur Gallus conuocatis in cōtionem  
primoribus: Ecce inquit proceres multa cede  
multoq; sanguine perfusi in hac cruentissima  
pugna hostes post terga tandem, & si per q̄ in-  
fortune, reliquimus, pluribus impedimentis  
amissis: satis tamen fuit parua manu tantum  
euasisse discrimen. Summa enim foelicitas es-  
set, si omnia prospera euenirent. Sed ferendum  
ē si fortuna totius anni mala omnia in hunc  
diem congererit: quae atra nobis praenunciata  
fuerat: Ita ut fame coactus magno periculo a-  
missa gloria, amisso regno, amisso triumpho,  
relictis in apulia, calabriaeque militibus, par-  
uiscopiis domum mihi redeundum sit. Sed  
hoc uno laetor, quod milites nostri summa  
uirtute, uera militari disciplina, pugnauerunt:  
pauciq; ex nobilib' & ceteris militib' nō multi  
desiderati sunt. pauciores faucii, Nihil qdē sub  
caelo diuturnum, cedendū est quandoq; for-  
tunae: Bellum cum Alphonso rege & filio si-  
ne cruore confecimus. Sed oīa Veneti nobis



immutarunt. Id regnum non mihi, sed uobis omnibus partum est: nos regno amplissimo longa successione fruimur: reliquum est: ut quanta maxima potest celeritate uniuersus exercitus in tuto collocetur. Sed tu Triulci Praefectum castrorum iuuenem, puerumue sine disciplina militari praedicabas: malus puer mihi eo die uisus est: quod si in plano pugnare contigisset, longe pessimus fuisset. Dimissa contione coenauit: Ea quoque nocte in alieno quieuit tentorio. Excubiae duplicatis ordinibus in maxima rerum trepidatione imperatae sunt: ignes perpetui in castris erant: magna noctis pars a ducibus in consultatione confusa est: Summa consiliorum fuit: ut sub induciarum specie hostis deciperetur: & ipsi fugam corriperent. Rex nonis Iuliis caduceatorem ad Venetos Legatos mittit: qui itromissus coram praefecto castrorum & ceteris ducibus nuntiauit, Argentorum nomine regio colloquia desiderare: Assensere dictis legati: dum discedere uellet caduceator a praefecto exercitus interrogatus est: quot ex Gallis optimatibus caesi fuissent in pugna: Ille circiter. xii. uel mortuos, uel captiuos defleuisse Regem respondit: Praefectus duos uiuere indicauit. Nothum magnum Bar-



bontem: & principem Mioléssem: nonnullosq;  
 equestris ordinis faucios seruari: reliquos mu-  
 tua uicissitudine trucidatos esse: dimisso cadu-  
 ceatore cū Legatis exercitus Præfectus Comite  
 Acaiazano: ac Nicolao Petiliano Argentonū  
 legatum Regium ad Tarrum expectaturi deue-  
 nere. fluuius enim utriusq; exercitus arbiter erat.  
 Argentonus cum primum uenisset nuntiauit  
 Maclodiensem Cardinalem statim uenturum:  
 qui cum in planum uenisset, constitit: & infidi  
 astimere simulauit: nec ad colloquia, ut ueniret  
 audere uisus est. Interea diutina cunctatione  
 Argentonus strenuos Venetorum militum a-  
 nimos summo opere laudauit: qui omni incom-  
 modo neglecto pugnare uoluerint: Et utrūq;  
 exercitum paruo momento cruentissimam pu-  
 gnam confecisse. Legati uero multa aduer-  
 sus Regem protulere, illum fidem non seruasse,  
 oppida pontificis diripuisse: & urbes plurimas  
 fociorum occupasse: & mediolanensis postremo  
 Ducis Nouariam cepisse. Præfectus uero see-  
 gregium facinus tentasse inquit: Barbôté du-  
 cē pro rege cepisse uestimēti similitudine dece-  
 ptū: nec aliud in ea pugna optasse, q̄ regē equo  
 sublimē dignoscere: ad quē tota acie neglecto oī



discrimine irrupisset: At Argētonus inq̃t nō fa-  
cile posse Gallorū regē capi nisi deletō oī exerci-  
tu: quē oēs sūma ueneratione & colunt & tuen-  
tur: His dictis īfectare utriq; in castra rediere. Ve-  
speri cū in cōna Legati essent: idē regius Cadu-  
ceator supuenit: īgressus nunciat Argentonum  
regio nomine colloquia desiderare: & eadem  
quæ Cardinalis statuerat, dicturū: illi respon-  
dēt horam suspectā esse: militibus furore perci-  
tis: sed sūmo mane opportunū fore: ille nō pri-  
us q̃ uicta fame, discessit. Legati p̃cognita Gal-  
lorum trepidatione: uisa deniq; praeda, uictoriā  
oēm exactius Veneto senatui (ut dictū est) signi-  
ficauere. Per id fermē t̃ps senatus uenetus classis  
impatori Antonio Grimāno litteris īpauit: ut  
statī corcyra solueret: Stratiotaq; traiceret in  
apuliā: ut urbes: quas Galli possiderēt: omni ni-  
xu expugnaret: hic depositis equitibus & omni  
milite, Monopolim urbem ui protinus occupa-  
uit. in qua pugna Petrus Bembus dux triremis  
fortiter pugnādo bombardæ ictu contritus est:  
& praeda ciuitas data est, saluis sacris aedibus  
& muliebri sexu: qui in templis imperatoris  
iussu custodit⁹ est: arcēq; deīde sub cōditionibus  
a praelecto quodā gallo in deditionem accepit



Impositóq; presidio Neapolim uersus nauiga-  
 uit. viii. Idus Rex Gallus ducib' oib' assentienti-  
 bus post primas uigilias frenatos equos stare: &  
 uniuersú exercitú in armis eé iubet. Idq; p tubi-  
 ciné totis castris significauit simulás se idem p  
 exploratores ab hoste ueneto fieri accepisse: ne  
 tumultu & pauore castra fluctuarét, uigiliaq; i  
 tétiore cura seruari iussit. Ergo ignib' ppetuis so-  
 lito maioribus, tota regia castra fulgebát. Ipse  
 cum ducib' q̄ acceptissimis agmía læto similis  
 circuibat, & ad pugná oēs parari suadebat: &  
 sarcinas colligi ut pugnando discederent. So-  
 llicitudo uero Venetos uigilandi dútaxat tene-  
 bat: secundam sequenti die pugnam expectan-  
 tes. Nec defuere exiis qui uigilias custodirent:  
 qui significarent tumultus i Gallorum castris,  
 & equorú hinnitus exaudiri: unde ad arma mi-  
 lites excitarú ex tabernaculis horrido tympa-  
 norum pulsu: qui éxinde nihil aliud exaudié-  
 tes quieti rursus corpora dedere. suspitio, quæ  
 non uana erat, per se resedit. At post primas ui-  
 gilias Gallus collectis sarcinis territus, sine tu-  
 bæ signo, precatus ut prospere & in scio Vene-  
 to aufugere posset: ac p uigil ea nocte ad fugam  
 tantú se accingebat. In tentorio quotam mó



noctis horā quærebat: mō uigilias recte seruari  
iubebat. circūstabant tētorium ordinum duces  
sine somno ad accipienda imperia. Ille tādē  
ut equos cōscenderent īperauit. Et trebiā uer  
sus Triulcio duce iter facere iubet: Milites ubi  
regis fugam tandem deprehendēre: exustis tēto  
riis quibusdam & tegumentis equorum aureis  
cōcisis quorū frustra humi cernebātur, sepultisq;  
quibusdam tormentis: ac uasis militaribus: iu  
gulatisq; equis in prælio sauciis: q̄cquid grauissi  
mum onus erat igni tradidere: alioqui hosti  
um esse confitebantur: Vnde collucentium  
ignium uis illa erat: qua eos adhuc castra te  
nere credebāt Veneti. traditum est illos quosdā  
faucios: alios īualidos: q̄ agmē seq̄ non poterant  
eruculētia barbara necasse. Legati Veneti cogni  
ta tandem hostium fuga conuocatis ducibus:  
eos fugientes persequi statuerunt: miserūtq; ad  
incessendos à tergo, remorandosq; Petrū duo  
dū præfectum militum græcorum leuis arma  
turae cum equitibus suis, ac comitem Acaia  
zanū cū italī leuiter armatis. At illi prædæ itēti  
in sequentem diē rēdistulerunt. Ob id legatus  
Melchior Triuisan<sup>9</sup> excādescēs e tabernaculo  
plerosq; excitauit: qui hostes segniter p̄secuti sūt



Tradūtī hac Gallorū nobili fuga Acaiazanum  
Comitē ac Fracassiū fratres Regē gallū fugiētē  
salutasse: magna totius exercitus suspitione: &  
prætereuntibus Gallis fame marcescētib⁹ īcolas  
alimenta obtulisse: ne fugiētes famis desperatio  
ne uicos & oppida cremarent. Interea tormēto-  
rū supplemēta cc. bigis onerata Verona ī castra  
fero missa sūt: quæ castrorū magnā partē munie-  
rūt: ac tormētorū magistri: quos pugnae tēpore  
desiderarūt duces. Verū ī eo pugnae furore: nec  
pulis accensibilis: nec tormentorum peri-  
ti reperiēbantur. Itaque uis omnis in dextera  
posita fuerat. hac die dum sarcinae colliguntur:  
Melchior Triuisanus legatus exercitus faucios  
omnis: qui castra sequi non poterant: Par-  
mam misit: quibus Senatus nomine pecuni-  
as effusim ipse elargitus est: & medicos uulne-  
rum adhibuit non parua mercede: lectulos hi-  
laris senex classis. q. pro īpator circuibat: beneq;  
sperare omnes hortabatur: inter hos & Galli  
faucii cogniti sunt. Demirabantur parmen-  
ses Senatus Veneti clementiam: ac miramēr-  
ga subiectos pietatē. Senatus iterea cū de psequē-  
dis hostib⁹ lras legatorū accepisset eorū sniam  
large probauit: qui singulis dieb⁹ equitū & pe-



7  
ditum supplementa sine intermissione mitte-  
bat. Legati a motis castris impedimentorū tedio  
tormēta eadem Veronā remiserē: uerum sena-  
tus alia singulis diebus assidue conflabat: nec  
cessabant ab opere tormentorū artifices: qui tū  
maritum terra omnia subministrabant: Sena-  
tus impiger totius belli onera solus sustine-  
bat. in Germania: sueuia equitum peditūmq;  
delectū habebat: Itē ī Illyria Delmatia: Grecia:  
Trāspadana regione: omito Romā: Bononiā:  
Mantua: Flaminia omnem: in quibus Veneto-  
rum pecuniæ diffundebātur. Classis quoq; nu-  
merosa sine sociorū auxilio leui momēto para-  
ta est: quo magis mirum est: ad belli necessitatē  
ciues omnes aurum argentūmq; lati ærario de-  
ferebāt: nullusq; seculo nostro princeps est, aut  
res pub. quæ puriorē monetam spargat: adulte-  
rātesq; seuius puniat. ea pecunia nil apud oēs  
nationes carius est. quam nemo respuit. pu-  
nit & qui alienam monetā adulterant. insignā-  
da pecunia idem pondus eādē metalli sincerit-  
atem quæ multis seculis seruata est: mire cu-  
stodit, purissimo senatui puro ac mundo me-  
tallo uti conuenit. iiii. Idus Iulias Legati spe-  
culatores primū, agmina deinde præmisere: ipsi



postremo secuti sunt. oportuit enim ex Opião uico discessere ingruentibus morbis: quos odor cadauerum totis iacetiū capis ardente syrio excitabat. Ad Sanctū Doninū oppidū imbre ferē perpetuo: ac lubrica uia peruenere: qua impedimēta difficulter sequi poterant: unde ea nocte Legati in foeno incommode iacuere. Hic accepere Gallorū agniā bidui iteruallo magna itineris spatia citato exercitu confecisse. Unde Legati Senatu significauere frustra hostes persequēdo seē. Ludouicusq; Mediolanēsis Dux Nouariā a gallis captā reddi iure fœderis requirit: traiciendāsque ob id trans padum copias esse. A Senatu igitur litteras de traiciendis copiis legati accepere, quibus fidissimo præfecto exercitus cōmēdabatur. vi. Idus Legati Placentiam uenēre: qui sine exercitu in urbem recepti sunt. Quinto Idus Trebiam superarūt, Romanorum exercituum, & cladium testimonium: ac ad Sanctum Ioannē oppidum peruenere cum omnibus copiis. Unde ex Venetis militibus circiter duo millia: ad **D**ortonam, Alexandriāq; statiliensem præsidio firmandam mittuntur: ne Galli prætereuntes iniuriam fœderatis urbibus inferret, neue ciues titubantes ad deditiōē excitaret. Hic au-



diuinus gallos prætereuntes nimia famis impa-  
tientia semicoctos, profluente adhuc sanie cõ-  
mãducasse suos: atque in emendis rebus ab in-  
colis præter opinionem omnium mira absti-  
nentia usos fuisse: & si rustici in plerisq; locis  
fluuiorum pontes diruerant ad remorandam  
hostium fugam. Alii uero illos reliquerant  
pro cuiuslibet animo: & studio: At Galli mi-  
ra celeritate ripas fluuiorum altissimas: ubi pō-  
tes diruti iacebant: prostrauerāt: Saucii uel itine-  
re fatigati galli: qui interierāt secundum uiam  
sepulturae dabantur: tumulorum frequētium  
indicio: In hac fuga frater Turonensis pricipis  
obiit: ac sine feralibus officiis terrae datus est.  
Quarto Idus ad Clastigium uetustissimum op-  
pidum castra perducta sunt. Hinc sequenti  
die Casetum: ubi ponte padi ripas Mediola-  
nenses iunxerant: In eo exercitus præfectus  
ordinem prætereuntium disponebat: ne im-  
pedimenta equitibus: peditibusq; mixta ce-  
leritatem perturbarent: Fustibusq; temerita-  
tem coercebat. Itaque paucis horis uniuersum  
exercitum miro ordine traiecit: Summoto pro-  
tinus ponte, ad Sanctum Georgium oppi-  
dum castra locata sunt: Hic sequenti die Lau



rentius Auogarius Sanguinarius alioqui miles: & in patria pluribus caedibus cruentus: la-  
ceis a pluribus in media uia confossus iacuit;  
Sed nulla lex est: cōtra priscorum obseruatio-  
nem: quae in castris homicidam, insidiatorem,  
seditiosūque puniat: pudet nostri saeculi:  
Qui sanguine propinquiore erant īfidiarum  
libellū dedere: inimici scelerum poenas meri-  
to luisse responderunt: Legati homicidii cau-  
sam ad Senatum retulere. Hic nuntiatum est  
Gallorum Regem Hasten peruenisse ad Ita-  
liae terminos: ibiq; fessum militem magnis i-  
tineribus uires recolligere iussisse: Hic conuo-  
catis copiarum ducibus: ac caeteris principi-  
bus in cōtionē processit: Parua inquit ma-  
nu, tot tantisque itineribus confectis appenni-  
nas angustias, tabescentibus fame ferē militi-  
bus, Venetorum manus, & sociorum tandem  
eualimus: Deo igitur optimo, maximo gra-  
tias ingentes debemus. Superest ut hic collatis  
auxiliis: recreato milite fesso: Nouariam Vr-  
bem longa obsidione tandem liberemus: ni-  
si Venetus alia quoque auxilia miserit: Alio  
q; maiora copiarū supplementa quærere op<sup>o</sup> ē:



quæ à germâis attiguis regiõib⁹ largiore pecūia  
cōducēda sūt. ex gallia frustra opē expectaturi  
sum⁹, loci distātia, & pluuioso autumnō istāte:  
Vniuersa cōtio assēsa ē. Deinde silētio factō: hæc  
pauca retulit. Scio plerosq; uestrum amissis īpe-  
dimentis: uel diutina foris militia in patriā redi-  
re uelle: qua nihil carius hētur. His redeundi li-  
beram potestātē damus: eorūq; desiderio optē-  
peram⁹ leti. De infirmis: ac faucis pariter taceo:  
qui p se liberam: & cāriam missionem hēnt. Sed  
hoc unū aīum excruciat apulorū, & calabrorū  
leuitas, & neapolitāorū facilis rebellio: qua præ-  
fectū nostrum cum omnibus copiis in maxio  
uersari periculo uidetis: in classe spes omnis fi-  
ta est. Diui bene uertāt: omnia pturbari uideo.  
Neapolitani ciues agrum feracissimum depopu-  
lari non patientur. Arce tamen & toti⁹ pro-  
uinciæ oppida munitissima longiorem obsi-  
dionem (si uiri sunt) sustinebunt: utinā uel pa-  
cis uel belli uiam Deus nobis ostendat. Maxi-  
milianus, ac Hispaniæ Reges (non enim dubi-  
to) sacra foedera seruabunt: Vnde Italia uniuer-  
sa uobis prædæ exposita erit: urbes omnes iugū  
subiturae sunt nostrum: quas uobis condona-  
bimus. Ego nihil aliud quam uictoriæ nomen.



2 uolo & cogito. Post hæc plurimi domum abie-  
re, castrorū labores, & incommoda pertesi. Eo  
die litteræ in castra delatæ sunt: quæ militibus oī  
bus lætitiā attulerunt. Nuntiatum est Ferdi-  
nandum regem Neapolim subinde īgressum  
summo omnium ciuium studio: Gallosq; intra  
arces obsideri: & urbes omnes quæ ī propīquo  
sunt Ferdinandi uexilla extulisse. His cognitis  
Franciscus Gonzaga exercitus præfectus Regi  
Gallorum per nuntium significauit: ut de bel-  
lo quid speraret: facile conciperet: cui Gallus re-  
spondit nec id perpetuum esse: plurimum inte-  
resse muros, an parietes: uel arces possidere. xvii.  
Calendas Aug. Virgilius Vrsinus Romanus fa-  
ctionum princeps Nolæ à Gallis captus ad Ve-  
netos Legatos neni- à Rege dimissus. vvi. Calē-  
das copiae omnes ad uespellum oppidum du-  
ctæ sunt. Tum nuntiatum est classem regiam à  
Genuensibus captam fuisse: quod non sine gau-  
dio omnes audiuerunt: congestis in unum ferme  
tempus in Gallos tot malis: Io. Franciscus Co-  
mes Acaiazanus Mediolanensium Rerū studio  
sus copias à Venetis Legatis ad præsidium cae-  
terorum oppidorum rursus petiit. Illi subira-  
ti ex suis mitti oportere responderunt. Hic enī



exercitum Venetum sua custodire oppida  
gaudebat. E diuerso Legati Veneti: qui toti-  
us Senatus robur ultra padum intulerant  
milites non sine magno periculo disperse-  
re posse arbitrabantur: sua & sociorum in-  
commoda gnari: Satis esse Tortonam, Ale-  
xandriamq; statiliensem praesidio suo firmasse.  
xv. Calendas. lxxx. M. nummum aureorum  
ad militum stipendia a Venetis missa sunt: Mus-  
sitabant plerique Mediolanensium milites: ex quibus  
pedites denarios ternos duntaxat accepe-  
rant: equites uero duplum: nec id sine Veneti  
Senatus laude: qui mercenario militi semper igno-  
scit: Eo die de collocandis castris inter duces uer-  
ba facta sunt pro nouariae urbis obsidione: In  
eam contionem uenerat Bernardus Contare-  
nus patricius stratiotarum praefectus: qui obsi-  
dione cum Galeatio feuerinate Ludouici Du-  
cis omnium copiarum praefecto Nouariae urbem  
(ut dictum est) premebat: perpetuisque incursioni-  
bus cuncta uastabat. Hic ab omnibus in contione  
maxime laudatus est: ac militum ipsius uirtus: quod  
uno duntaxat congressu. lxx. Gallos milites ce-  
pit. equosque quinquaginta in castra duxerit: nemi-  
nemque ex sociis amiserit. Xiiii. Calendas Augu-



stas ad Tiliam oppidulū castra contulere: duo-  
bus milib<sup>9</sup> pass. ab urbe Nouaria Vercellās uer-  
sus: ubi pabuli, & lignorum; & aquæ suppetebat  
copia: & si tuto minie collocata erāt uicino ho-  
ste circundante: Nouarienses ex altis turribus  
& mœnibus uictricia agmina uenientia spe-  
ctabant ad pugnam instructa. Acceperat Auri-  
liensis Dux apud Tarrum Gallos suos fuisse ui-  
ctores: quos lætus in urbem excepturus esset: sed  
suorum fraude nuntiorum se deceptum fuisse  
cognouit: Quandoquidem Rex iam Hastæ a  
fuga sese contineret; ubi uexatos fame itinerēq;  
milites firmabat: Vnde Gallus cognito Ve-  
netorum aduentu Ducem Auriliensem auxi-  
lia expectantem litteris ad sustinendam pauco-  
rum dierum obsidionem hortatus ē: sese propē  
diem uēturum pollicitus est ingentibus copiis:  
unde manauit tota urbe lætitia de regis aduētu:  
Tum Ciues: qui proditione urbem Gallis de-  
derant: ac plebei: qui Gallorum rebus stude-  
bant: ultima pati potius statuerant: q̄ rur-  
sus Ludouici Ducis ferre imperia: Muni-  
menta igitur ante portas construere coeperunt  
cespite uimine fronde luto: atque ante ipsa  
suburbia uallum & fossam obicere: quæ omni



um militum mansionibus sinistra sunt, & au-  
dentibus periculum afferunt.

Finis libri de Tarrensi pugna.

ARGVMENTVM SECVNDI LIBRI  
AD ANTONIVM BERNARDVM  
ET GEORGIVM CORNELIVM  
EQVITES CLARISSIMOS: ET  
ALOISIVM VENERIVM  
DECEMVIROS PRAE  
STANTISSIMOS.

Eneti à pugna superato pado ad No-  
uariam expugnandam cum exerci-  
tu contendunt, At Ludouicus Dux  
obsidione cogere statuit. Gallus interea Rex  
Haste recreato milite Nouariæ fame laboran-  
ti opitulaturum se promittens, simulata dimi-  
candi promptitudine Vercellas uenit: ubi sedi-  
tionem in castris uenetis ortâ esse audiuit: qua se-  
data clam de pacis conditionibus cum Ludo-  
uico duce agere cœpit, Venetis longae obsi-  
dionis tædio arctius urbem prementibus. Tū  
Franciscus Gonzaga à Veneto senatu Impera



tor creatus est, & milites, qui strenue cum eo  
pugnarant, maiora stipendia acceperunt. Nouus  
interea miles perpetuis excubiis, & laboribus  
tyrocinium exiit: & promptior, aptiorq; red-  
ditus est. Comes Nicolaus Petilianus dum mu-  
ros tormentis quateret pilula plumbea lethali-  
ter confossus. Gallus Rex tandem & Ludoui-  
cus Dux uariis de causis præcipites pacis con-  
ditiones complectuntur: Ille Nouariam resti-  
tuit: & spe redeundi, in Galliam discessit, ier-  
tos fortunæ euentus: & ancipites lusus accusan-  
do. Veneti defenso tandem Insubre: restituto  
Regi Ferdinando regno: liberata Roma: & uni-  
uersa penè Italia, domum læti rediere. Et trium-  
phum imperatori suo Francisco Gonzagæ ma-  
tuanorum Principi ob res bene, foeliciterq; ge-  
stas, decreuere.



SECUNDVS LIBER DE OB-  
SIDIONE VRBIS NO  
VARIAE .

Ranciscus Gonzaga Mantuanus pri-  
cepsexercitus praefectus pulsus, ad ex-  
tremos Italiae terminos Gallis: in ar-  
mis letus; & equo sublimis xiiii. Calendas au-  
gustas equitum ingentia agmina: peditumque pha-  
langes in conspectum nouariensium ad Tiliam  
(ut diximus) castellum locauit: quod eadem  
ferme hora Mediolanensium exercitus praefe-  
cto Galeatio Seuerinate aduentante Veneto-  
rum exercitu expugnauerat: cuius existima-  
tione Galli, qui oppidum in potestate tene-  
bant ad arbitrium hostium deditionem pro-  
tinus fecere. ii pridie suburbana concremari  
passi fuerant: auxilia ab Auriliensi duce sin-  
gulis momentis expectantes. Legati oppidum  
occupauere. Praefectus foris tentoria haud pro-  
cul locauit. Reliqui duces cum suis equitibus  
ueluti per uicos pariter tabernacula: & tuguria  
posuere: Tum Auriliensem ducem perterritus  
nouus hostis: ac Gallorum fuga: instantis item  
famis: quam propediem Ciuitas passura esset:



periculum reformidabat. Fruges enim per exiguas, uixque in calamo maturas collegerat: arcemque tribus mensibus duntaxat munire potuerat: Ante oppidum forum constitutum est: atque alterum in sociorum castris erat: in illo annona cara erat: ac precipue uinum: reliqua usus necessaria primis fere diebus abundare coeperunt: xiii. Calendas pracluso, unde descendit fluminis alueo Venetus miles alio cursu dato ab urbe auertit: molasque frumentarias quas uersabat aqua. vi. stadiis iuxta urbem ferro: ignique demolitus est. in urbe molae trusatiles per paucae: asinariae nullae: Plebs frugem pilo pinsebat: & panem semicontusum sine cribro conficiebat: cuius indicaturam nos Magnifico equiti Antonio Boldo Venetias: ut inopiam urbis clausae cognosceret misimus. frugum protinus incommoda Nouarienses sensere. noctu. n. Vercellis alimenta aegre mittebantur militum metu: illi Ante urbis portas munita quaedam construxere ut dictum est: muri duplici fossa muniti erant: nullis fere propugnaculis dispositis: per quae rara item in urbe tormenta habebantur: Auriliensis Dux: qui se inani nomine mediolanensem principem dictitabat:



detractis à portis prioribus Sfortiadum insigni-  
bus, sua iam imposuerat, conuocato principe sa-  
lucéfi, & cæteris acceptissimis amicis: hæc pauca  
protulit: Maximum Strenuissimi Dūces discri-  
men nobis adesse uideo, regia auxilia à Tarren-  
si pugna diu expectantibus, qui: nescio, quo fu-  
rore Hastam recto itinere concesserit. eius auspi-  
ciis obsidōie nos liberatum iri sperabamus. lōgā  
famem sustinere non possumus: oppugnatio-  
nem tanti Venetorum exercitus ferre difficilli-  
mum est: uinum in urbe non esse nō ignoratis:  
quo succurorum præsertim copiae: magis quā  
auro, & argento tenentur: nec habendi spes  
ulla relicta est: certum periculum instare ui-  
deo: si hos amiserimus: facile enim ad hostes  
transfugient: si modus non erit: ea omnia re-  
gi nuntio significanda sunt: narrabimus  
rem in difficili esse: famem instare: ac mili-  
tum seditionem: uini præcipue inopiam sum-  
mam esse, & nisi suppetias protinus mise-  
rit, desperatione oblatus condiciones acceptu-  
ros. Probata ab omnib⁹ sententia fuit. Dimissa  
contione noctu nuntius per inuia & occulta  
itinera ad Regem peruenit: qui lectis litteris



Ita paucis respondit: se nouum militem expe-  
ctare: & fessum itineribus recreare: ac prope-  
diem Ioannem Iacobum Triulcium cum ma-  
gna copiarum parte Vercellas missurum. Nū-  
tius tutus castra ueneta subit: & egressus No-  
uariam contendit. litteræ coram omnibus mi-  
litibus lectæ sunt: quæ omnium animos ex-  
pectatione erexere. Eadem die in sociorum  
Mediolanensium castris germani cum latinis  
dissedere. ea enim à Venetis intercedente uia  
Vercellina xii. stadiis distabant: uinum enim  
in maximo diei æstu furorem incusserat: & in-  
fuetis ocyus mentes soluerat: Et nisi Bernar-  
dus Contareus cum Graecis leuiter armatis  
præsto fuisset: maior strages secuta fuisset: xl.  
Teutones cæsi sunt: ac statim ob tumultum  
humati: ex latinis iiii. desiderati. Hoc fuit ob-  
scortum ignobile seditionum primum semi-  
narium: idem demum furor ad Venetorum ca-  
stra penetravit: In quibus & Teutones erant.  
Hac die quidam ex nouariensibus militibus  
legatos edocuit Venetos, d. milites armatos in  
urbe esse, peditumq; circiter viii. millia: & in iis  
sagittariorum duo millia contineri: reliquos ha-  
statos, & paruorum tormentorum magistros.



Legati uesperilitteras à Senatu accepere: qui sū  
mopere eorū diligentiam: laudauit: q̄ labores  
pennes. æstus ingētes: sitim: famē: uigilias in per  
sequendis hostibus pro rei pub. salute indefes  
se passi fuerint: ipsiq; dere pub. benemeritis  
pollicebatur se gratias aliquando relaturum:  
xii. Calendas augusti Nouaria turma Gallo  
rum egressa cum latinis prima tumultuaria  
pugna dimicauere: ex latinis. viii. desiderati sūt,  
xii. saucii: ex Gallis pauciores. Legatorū iussu  
pro distribuēdis militib⁹ stipēdiis copiarū nūe  
rus: equorū notae: peditū noīa recognita sunt:  
Plurimi enim ex peditibus acceptis pecuniis  
per Appenini inuia diributoriū sefellerāt: nec  
ulla lex est, quae hoc tempore huiusmodi fur  
ta puniat deleta prisca militandi disciplina.  
Vidimus pedites duces ab equitibus militum  
calones, lixas, ac famulos bis in die inuicem  
supponi: Teutones duces die recognitionis  
cccc. interdum ab aliis mutuabantur magno  
distributori muneris damno: nec modus in  
tanta fraude inuentus est: duo Galli capti fuere:  
qui retulerunt auriliensem Ducem q̄rtana la  
borare: equo tamen per urbem uehi: suos hor  
tari: excubias noctu tentare: & saepe queri se



40  
segnem esse: damnareq; fortunam suam. Nobilitatem uero: ac plebem: direptionē domorū: rapinas coniugum, & filiarū stupra, uniuerſaq; ciuitatis ruinā: famem: & ultima deniq; omnia paſſuros: quā Ludouicū ducē pati: & ei<sup>9</sup> iugum subire. Verū se se Veneto Senatui, & eius fidei facile dedituros: ea in urbe iactari certior fama erat. Xi. calendas alii pariter capti fuere: qui litteras ad Regem Gallorum deferebant: inter quos presbyter quidā Galluserat: qui simulata agrotantis cuiusdā desperatione remedia & potiones litteris petere uidebatur: alioqui ægrum à medico deploratum esse: is non multis post diebus custodiarū tædio dimissus est: sed uenitorū nimia clementia ad subeundos huiusmodi labores ex hostibus plurimos inuitabat: nullo uix obiurgato: ne dum sustibus caeso: x. Calendas Gallus Rex, ut aliquid moliri uideretur: quasdam copias Tortonā uersus submo-  
uit: ad perturbādos ciuium animos. Vnde Legati rursus Carolū melitensem ducē equitum cū militibus armatis cl. peditibus delectis. d. ex Venetorum copiis Tortonam misere: eādē de causa pedites. d. equites. c. Taliano Carpenſi duce militū Alexandria statiliensem pramiserunt



ix. & viii. Calendas equitum supplementa no-  
uorum castra ingrediuntur. Pādulphus Mala-  
testa ariminensis: ac. lo. Paulus Mamphronus  
cū equitibus & cl. leuiter armatis. c. Vii. Calen-  
das exercitus omnis, & L. Ducis focii cōstructis  
aciebus ad pugnae imaginem: ante oculos No-  
uariensium ducitur: id & hostibus terrori fuit: &  
tyronibus per q̄ utile: ignauia eo mō rumpeba-  
tur. vi. Calendas ad terrendos Gallorum explo-  
ratores altissimum ī castris patibulum erectum  
est: quod à nouariensibus facile conspiceretur: ī  
eo Gallorum explorator Boninus reuelare se-  
creta quæstione coact⁹ strangulat⁹ est. Tormēta  
xy. Mediolano in castra euecta sūt: quæ librarū  
.xl. pilas mittunt: pro oppidi Bryoni expu-  
gnatione: quod Paulo ante defecerat: Ad id ex-  
pugnandum Franciscus Crassus cū .d. peditib⁹  
ac equitib⁹. c. sub Taliano Duce a Præfecto mis-  
sus ē: qđ sequenti die oppidanis ad foedera ueni-  
entib⁹ ī deditiōem, nec prius nisi ad motus tor-  
mētis accepit. v. Calendas Virgilius Vrsinus ro-  
manus: qui regem Gallorum secut⁹ fuerat à Ve-  
netis legatis missionem accepit: eo die Litteræ à  
Senatu missæ sub tentorio. Fran. Gon. man-  
tuanorum Prīcipis, castrorum præfecti, oīum



militū exemplo, palàm lectæ sunt: ut fidē & uir-  
 tutē eorū: qui in Tarrēsi pugna acriter dimicas-  
 sent, dignā præmiis laudē consequi cōstaret; &  
 uiuentes inter alios gloria eminerēt. mortui, fa-  
 ma & meritis laudibus in cœlum referrentur: &  
 posteritati exemplo essent honesta morte defū-  
 cti: qui in pugna mori, quā capti expectare Gal-  
 lorū arbitrium, maluissent: ut de caetero sua-  
 quisq; dextra Venetorū nomen, ac patriæ salu-  
 tem acrius defenderēt: memoresq; eēnt omnes  
 romanorum decoris: qui totius occidētis regna  
 tot sæculis memorabili laude tenuerint: & Gal-  
 los stipendia. q. Italiæ tulisse: & de iis ingētia tro-  
 phæa: itaq; ut qui magno animo pugnassent:  
 & qbus nō contigisset uel ignauia: maiores &  
 cōdignos spiritus capent: & simili animorū cō-  
 stantia dimicando laudem & gloriam adipisce-  
 rentur: & quicquid deinde fors tulisset: pari e-  
 xemplo & sibi & suis Senatus Venetus grata re-  
 tributione pensitaret. In primis igitur Fran-  
 cisco Gonzagæ ex castrensi præfectura sine im-  
 peratorio nomine; quod maxime optauerat:  
 spōte Senatus imperatoris uexillum, ac sceptrū  
 rerum omnium: quæ in continenti habentur;  
 merito elargitus est. Huius enim ductu auspi-  
 f



ciis: uirtute & cōsilio: qui mō miles: mō Im-  
pator fuerat: Galli ferocia pdomita est: Carolū  
Regē aliq̄ cauillātem de Italis audiuiſſet uni-  
uerſus orbis: q̄ inuita penē tota Italia ſine cruo-  
re trophæum intra alpes de Italia primo impe-  
rio miro, imo diuino (ut putabāt) ſucceſſu cele-  
braſſet: Huic uni merito Impatoris nomē etiā  
iuueni debet: qui multo maiora in ea pugna fe-  
ciſſet: Si Agminum ductores: ac peditū duces  
Imperio paruiffēt. Illi præterea Senatus maio-  
res copias dedit. ſinguliſq; annis: iiii: millia nū-  
mū aureorū præter ſtipēdia pro cōuiuali lance  
x. m. itē aureorū pro reparando milite: qui in  
prælio pierat: uel equos amiſerat: Is cū hæc au-  
diſſet Legatos præſentes ſummo gaudio ample-  
xus ē: gratiaſq; imortales in conſpectu omniū  
ducū Senatui egit. Comiti Bernardino forti-  
brachio: qui fortium uiroꝝ more: pericula  
& mortem contempſerat duplicatam militi-  
am dedit ccl. equitū armatorū: Aureoſq; num-  
mos præter ſtipendia. d. ſingulis annis. Catha-  
rinae uero Gonzagae uxori & filiis Rhodul-  
phi: qui forti aīo occubuerat, mille aureoſ ſin-  
gulo quoq; āno elargiri decreuit. ac oppida præ-  
terea in patrociniū accepit: Rhanucii phre-



nensis filiis paterna militia designata est: filiasq;  
nubiles à Senatu maritali grata dote: intereaq;  
pro uictu cccc. aureos ab ærario eis elargiri, de-  
cretum est. Vincentii corsici filio egregia mor-  
te nobilitati paternam militiam dedit: sororēq;  
in æde sacrarum uirginum ad coniugii tem-  
pus seruari iussit: exinde singulis annis xl. aure-  
os pro uictu donare cōstituit. Alexādri Beraldi  
fratri, milites & stipendiū. eādē conditionem  
Carolo Strocio concessit Ruberti fratri. Ni-  
colao nonensi delmatae milites leuius arma-  
tos xxx pacis tempore: bello c. & stipendi-  
um auxit: Ioannis demum æthiopis uxori ui-  
duæ animo non ingrato uel in minimis, Sena-  
tus aureos lxxii. singulis annis ex ærario elargi-  
tur: ac perpetuam domum. Lectis litteris & stre-  
nui & ignauum animum ad res bene gerēdas erexe-  
runt, fortiū uirorū præmia: ac laudes audiētes: &  
ad exequenda imperia: periculāq; subeunda ex-  
citarunt. qui segniter pugnarāt, tum se se purga-  
bant. Incitabat uirtutem & ignominiaē demen-  
dæ cupido græcis militibus: qui in Tarrensi pu-  
gna dimicare noluerūt: sed īpedimēta dūtaxat  
diripuerāt: quapp militia se amoueri plurimū  
uerebātur: quod maxie cæteri optabant græci



qui sub Bernardo Cōtareno apud Nouariam  
meruerāt magna gloria. idiscreto enim genere  
ii quoq; turpi ignauia damnabātur: timebātq;  
ne aliena culpa damnum: ac dedecus subirent.  
īuidia quoq; præde odiū auxerat: illi uæcordiæ  
conscientia ne à cæteris dignoscerentur: socia  
& mixta tuguria optabant. iiii. Calendas explo  
ratores denuntiarunt Regem Gallorum noua  
militū supplemēta expectare: Tum traditum  
ē (uerū fuerit necne, incertum hēo) Regē à Re  
gina subita auxilia petentem, litteras dūtaxat  
accepisse: In quib<sup>9</sup> se se nō milites: sed tristes ui  
duas missuram respondebat: orabatq; ut tandē  
in regnū suū rediret: satis illi īperii esse. Non ua  
na fama fuit, Regē teutones sub uexillo bouis  
cōscripsisse: qui in Mediolanensem agrum sta  
tim sese superfunderent: eam teutonum incur  
sionem Ludouicus Dux oblatis Ducibus pe  
cuniis retroegit. Tercio Calendas Legatus Lu  
douici ducis Mediolanensis in castra uenit: nū  
tiauitq; ab exploratorib<sup>9</sup> accepisse Gallorū Re  
gem cum omnibus copiis Taurinum uenisse:  
ubi militem sine intermissione cōscribit: eo die  
pedites quidam: qui acceptis pecūiis è Venetis  
castris aufugerāt, Mediolāi capti sunt: qui sub



aliorum nomine missionē dolo quæsierant: de qui-  
bus rebus Legati Veneti admoniti scripsere eos  
abscisis naribus, & iniusta facie, sine armis dimit-  
tendos. Interea Imperator ut si qua uia posset  
urbē capere, circuiuit: longiorem obsidionem  
pertesus: qua Ludouic⁹ Dux urbem capi posse  
protinus sperabat: ut fame coacti se se dederent:  
neue misere ab exercitu ciuitas diriperetur: sed  
ea integra, incolumisq; iugum sponte subiret  
magno Venetorum damno: hoc enim bello in  
stipendia. c. millia aureorum singulis mensibus  
a Venetis militiae numerabatur. Hac longa obsi-  
dione hyemis inclementia: imbreq; plurimo pa-  
ludofū solū tutū ab hoste reddebatur: Vnde ife-  
cta redissolutūiri castra sperabant: Sed quis i hoc  
bello doctior fuit: nullā. n. rōnem in rebus attu-  
lit, siue propinqtas: siue uicinitas: sed una tm̃  
irrōnabilis libido p̃cipes in sui cōmodū trahe-  
bat. Hæc oīa igitur diuturnioris obsidionis cā-  
suere. Scio his dieb⁹ Acaiazanū comitē in cōtio-  
ne affirmasse: Nouariā propēdiem sine cruore,  
nullis tormentis, ad manus mediolanensium uen-  
turam: ob id ab oppugnatione contra Senatus  
Veneti studia abstinendū esse: Nec defuere in ca-  
stris: q̃ ea consulto fieri iactarent: q̃doquidē sola



militari disciplina, & stipendio plerique uiuant. bellum igitur consulto protrahi credidere: His diebus Helias eques Foroiuliensis, ac Aloisius turris equum leuius armatorum supplementa in castra duxere. Pridie calendas Impatorum contione conuocata dixisse accepimus, se urbem circuisse: quam palude: silua caedua, duplici fossa: & arce munitissima esse aduertit. praeterea Gallorum exercitum haud dubio aduentare: ob eam causam supplementa mitti oportere: ea ite dies maestum exercitum reddidit perpetuo imbre: unde rerum inopia protinus milites senserunt: uerum sequentibus diebus uberiora castra fuere. Calendis augusti explorator quidam, Gallorum regem Nouariam pro militibus pecunias noctu missurum significauit. Milites leuiter armati constructa acie Galeacio mediolanensium copiarum praefecto ad intercipiendas pecunias obuiam iere: qui nihil inuenientes in tabernacula rediere: At nocte sequenti uigilum negligentia uel uiarum inscitia urbem cum pecuniis hostes ingressi sunt: His diebus Tabella quaedam famosissima: quae in Tarrasi pugna a milite quodam correpta, fuerat: Veneto Senatui dono data est Melchioris Triuifani legati suasu: ut iter donaria Diui Marci collocaret. Per id ferme tempus fides certior facta est Turcarum imperatori



Gallorū regē illū quē à deo missū ēē, audiuerat:  
unica pugna ex italia fœde propulsū. Ille sūmo  
gaudio ad cælū manus tēdēs Deo gratias egit: ex  
inde Veneto Senatui: cuius armis & cōsilio: ho  
stis q̄ neapolitanū regnū. xiii. diebus occupaue  
rat: qui Delmatiā: Macedoniā: Græciāq; iā tur  
bauerat: metūq; u s̄q; Cōstātinopolī incusserat:  
q̄ sibi impīi terminos Hierosolimæ aīo posue  
rat: nunc uictus terga uertisset: Lætus Turca Le  
gatum rursus Senatui misit: qui uires oēs large  
polliceretur, quandōq; dē & sua & Veneta cōi cō  
silio, & auxilio seruata fuerint. lii. nonas Augu  
stas Ludouic⁹ Mediolanēsis princeps in castra ue  
nit: & eq̄tū supplemēta secū duxit. germanos d.  
peditū duo millia: cū eo Legati erāt Alphōsi &  
Helisabet Regum Hispaniæ: Regis neapolita  
ni: Veneti senat⁹: ac Ducis Ferrariæ: nā hostē Gal  
lū aduētare cognouerāt: ob id ī tabernaculo cō  
uocata cōtiōe: Impator exercit⁹, & Legati Lucas  
Pisan⁹ Mel. Tri. & N. Comes Petilian⁹ uenerāt.  
aderant & alii accepti duces, iussī confidere. silē  
tio factō: Ludouicus Dux de rerū summa loq  
cœpit: de castris mutandis, & campo æq̄do, agge  
ribusq; cōstruēdis: Alii ī uespello oppido exerci  
tū seruādū ēē: alii Vegeuenis: alii ad Mōticellos



occupandos maioribus copiis: alii tanti exerci-  
tus roboris existimatione nullo mō discedēdū  
esse suadebāt. Hīc alimenta: Hinc loci debilitas  
aduersabatur. Disceptarunt diu iter se duces, ue-  
rū huic snīæ uniuerſa ferē contio assensā ē: ca-  
stra non esse mutanda, ne turpi fuga aduentāte  
Gallorū exercitu cedere uiderētur. Existimatio-  
ne enī bellū cōstare maxīe certū ē. tandē muni-  
menta quatuor ad tutanda castra, construi sta-  
tuere. Obiectū tamen est & id periculosū esse,  
ne rerū inopia inuitus exercitus ad dimicandū  
ab hoste traheretur: pugnandoq; semper exerci-  
tus nutrimenta quæreretur. Inter has difficultates  
Ludouicus Dux hac ī re uiam inuenit tutiorē.  
et si in suo quisq; negotio soleat hebetior esse,  
quā in alieno: Turbida facta fuere omniū cōsi-  
lia qui mutanda eē castra suaferant. In mensa  
oīa descripta erant urbes: uiæ. paludes: siluæ, flu-  
mina, fossæ, oppida: Alios naturalis amor eorū,  
quæ excogitauerant ad disceptatiōis pertinaciā  
trahebat. Vicit tandē principis sententia ut ex  
binis castris una fierent: quæ præter munimē-  
ta quæ dixim⁹: flumē, ac fossā tuerentur: De pu-  
gna pauca dicta fuerūt nondū lustrato exercitu;  
Propterea Ludouic⁹ Dux Venetorū robur, &



suū pariter ī armis lustrare sequētī statuit die: at  
q; cōtio protin<sup>9</sup> dimissā. Tū edixit īpator ut du  
ces cū oībus copiis in armis summo manecēt,  
locūmq; & ordiē agminū præscripsit: Pri. No  
nas Augu. uniuersus exercit<sup>9</sup> ad imaginem pu  
gnae: instructus est: Ad cui<sup>9</sup> conspectū Ludoui  
cus Dux Beatricem uxorem duxerat: quæ unā  
acierum ordinē conspiceret. Primus itaq; exer  
citus Imperator Franciscus Gonzaga agmen su  
um ducit: quē antecedeabant equi plurimi uelo  
citate præstantes, ephippiis phrygionica arte ī  
signibus, sericis pictis: uel attalicis auro, argen  
toq; Intertexto : Post hos equi magnitudine  
sublimes maximo luxu cataphracti: qb<sup>9</sup> inse  
debant pueri ingenui Galeas, cassidēq; crista  
tas habentes tubicinum turba comitante: hos se  
quebantur peditum duo millia: qui scuta, ha  
stas, māubalistas, secures, parua tormēta, Modi  
co interuallo deinde Ludouicus Dux, ac īpator  
ipse, F. Gō. Comes Nicolaus Petilian<sup>9</sup> rei mili  
taris scientissimus, armati in equis eminentes e  
rant aureis ephippiis instratis. Post hos septem  
ingentia militum armatorum agmina per in  
terualla antecedētib<sup>9</sup> suis ductorib<sup>9</sup> ī statutā pla  
niciē ducebantur. Singula enī nouo pugnatiū



instituto. xx: supra. cccc. equites habebāt: ac pe-  
dites mille: inter hostubarū clangor cælum cō-  
plebat: Tormenta parua, aures torpentes redde-  
bant, eq̃tes ī armis conspicui ī nucis p̃ie & modū  
constipati, eq̃s cataphractis ephippiisq; ornatis  
pro cuiusq; luxu, ac fortuna, lanceis armati de-  
pictis ferro praelongo acutissimo p̃æfixo, du-  
plicem thoracem sæpe penetrante. Post hos  
peditū quoq; circiter duo millia erant: iisdē ar-  
mis īstructi: ordīe suū quiq; locū seruātes: tym-  
panis sonoq; suo uel segnes animos excitantes.  
Proxima erant militū latinorum leuis armatu-  
ræ agmina tria lanceis uelitaribus, scorpionib⁹  
armata: numero mille trecentorum. alterum a-  
gmen graecorum stratiotarum mille ducento-  
rum: lanceis ense: clypeo: lorica: pauci thorace  
armati erant: qui equo citatissimo cuncta p̃cur-  
runt sericis pro more & aureis tegminibus orna-  
ti Duce Bernardo Cōtarenō: Alterū. ccc. agmē  
sequebatur equestre manubalistis italarū more  
leuiter armatorū: quib⁹ nec ensis, nec pugio de-  
erat: Tertiū quoq; cc. leuiter armatos continet:  
hi hastati erant duce Alexio. Hæc agmīa p̃ iusta  
interualla comitabatur Ludouicus Dux, & ī de-  
xtrū latus agminis ductorem excipiebat in cō-



spectumq; carissimae uxoris suae in rheda se-  
dentis agmina ducebat: Hos sequebatur Galea-  
tius Seuerinās copiarum mediolanensium prae-  
fectus ueste gallica uirgata armis supraduta more  
gallico: attalica: ac serica cōsuta multiplici uir-  
ga: q̄ cū ī conspectu uxoris eēt a Ludouico Du-  
ce grauius obiurgatus est, gallici habitus imita-  
tione: Iussusq; ne de caetero ueste gallica in-  
dutus in conspectum suum prodiret. Hunc  
uexillarius ac pueri in equis galeis cristati ante-  
cedebant: Sequebatur aut agmen .ccc. equitū.  
Sed uexillum paululum contemplatus est qui-  
dam: in eo enim imagines depictae erant con-  
tra Mediolanensium ducum uetera instituta:  
Maurus scilicet niger manu dextra aquilae a-  
las auersas continēs: sinistra draconē strangulās  
ludicium uolantarium sit: Ab eo agmīe proxi-  
mi erant Fracassius & Antonius Maria fratres  
Seuerinates: qui non mīori studio agmen .ccc.  
equitum armatorum agebant. Hec sequebatur  
agmen germanorum equitum .d. qui non mi-  
nus in armis conspicui erant: Leuius. n. armati  
sunt q̄ latini: sine cataphractis eqs pileo magis  
q̄ galea tecti: Ab his phalanx una peditū germa-  
norum erat: quae oīum oculos in se cōuertebat



quadrate figuræ: quæ vi. millia peditum con-  
tinebat, Georgio Petroplanensi Duce inte-  
gerrimo in equo eminente. In ea acie tympa-  
norum multitudo audiebatur: germanico mo-  
re: quibus aures rumpebantur: hi pectore tan-  
tum armato incedebant per ordines primo à  
posteriore p[er] uo interuallo. Primi lōgiores lāceas  
humeris deferebāt in festo mucrone: sequentes  
lanceas erectiores portabant: post hos bipenni-  
bus & securibus armati: ab his Signiferi erāt, ad  
quorū inclinationē totū agmē: ac si una rate ue-  
herentur: in dextrū, leuū: ante, retro ingrediun-  
tur: à tergo pilularii dicti paruorū tormētorū:  
hos à leua & sinistra scorpionū magistri, siue ma-  
nu balistarii sequunt. Hi ī cōspectu Beatricis du-  
cis q̄dratum agmen uno signo in cuneū subito  
cōmutauere. paulo post in alas se se diuisere: de-  
mum in rotundum: altera tantum parte leui  
motu, altera cursim mouebat̃ prima p[ar]te circū  
acta postrema immota: Ita ut unū corpus eē ui-  
deretur. post hæc agmina, tormētorū robur in-  
gēs sequebatur currib⁹ oneratum numero xvii.  
quæ inflammato puluere pilas in Nouariam  
emitebāt tonitrua sonitu æquāntia. Post hæc  
minora tormēta: quæ serpentinas, uulgus passa



uolantia uocat: bigis uehebatur: minora quoque  
his alia plura erant: quas sphigardas uocant, ob si-  
militudinem (puto) appellatas: Reliqui uero equites  
& pedites, ac tormenta item alia, castra seruabant:  
nec omnia ad hanc praelii imaginem exposita fuerunt, gu-  
bernator Carolus melitensi. In eo exercitu. xlv. m.  
hominum collecta erant. Miro. n. honore. L. D. agmine  
Comitis Bernardini Fortebrachii ueneratus est,  
ueluti pectora in maximo discrimine exposita & bonae  
spei capacia. Terribilior namque uniuersi exercitus  
spes uisa est tubarum clangore, tympanorum tin-  
nitu, uirorum clamore, armorum strepitu, equo-  
rum hinnitu, bombardarum tonitru frequenti, Ita  
ut aures horrido sono fatigarent. agmina, co-  
hortes, phalanges, auri, argenti, armorumque  
nitor, uariis equitatum motus, tela, pila, lan-  
ceae commotae oculorum aciem turbabant,  
nec quicquam nisi ordinem uideri potuit. letitiam,  
pauorem, spem metumque, intuentibus incu-  
tiebant. Nemo enim aetate nostra ueterano-  
rum asseueratione parem exercitum in Italia  
uidit: in quo nihil aliud quam fortuna desiderari  
potuit. Conspecto omnium uirium robore  
Ludouicus Dux cum Gallis rursus maximam  
Dimicandi fiduciam concepit, frequenterque



Vxoriscurram & uirginum comitantiū spei  
plenus adibat: quærebatq; subinde: quid illi  
uideretur de tanto exercitu: illa multitudi-  
nem laudauit: ac ornatū. Inter equitadum e-  
quus Ludouici. D. quatuor pedibus interram  
collapsus est: malo omnium circumstantium  
augurio. At Dux protinus in bonū uertēs omē  
illud esse supremum, quod in eo bello passur<sup>9</sup>  
esset: respondit, Paulo post exercitum in castra  
remisit. Vespero conuocato Imperatore & Le-  
gatis Venetis, ac caeteris ducibus, in concionem  
processit. Mirā pugnandi spē cum Gallo Rege  
hodie inquit concepi Principes: uosq; Veneti  
Legati non satis admirari possū: qui in Tarren-  
si agro longe paucioribus copiis collatis signis  
cum Gallorum Rege dimicare uoluistis: ma-  
ximoq; rerum omnium incommodo: nunc  
uero pugnam, nisi senatus prius consulto, pro-  
trahendam ducitis: ultróque hostem lacescere  
timetis. nōne duodecim ferē ingentia agmi-  
na uidistis? Vim germanorum peditum equi-  
tum, ac tormentorum robur: quae Gallorum  
ferociam domare possunt. Facta dicendi ptā-  
te Melchior Triuisanus Legatus hæc pauca pro-  
tulit: Hostium numerum exiguum spernendū



non esse: nec in re militari maiorem numerū  
semper uictorem eē: dubium esse euentum bel-  
li: pugnam cūctando protrahendam esse: ī qua  
certa uictoria est: Gallis salutare esse summā re-  
rum experiri: q̄ nihil si male pugnassēt impii  
amittere possēt: temeritate uero: si qd nobis ad-  
uersi euenerit: imperiū amissum iri: quis nō ui-  
det: uerum urbis expugnatio hactenus nobis  
inuitis: & Senatu nostro summo utriusq; exerci-  
tus dedecore: dilata ē: Ludouic⁹ Dux Legatum  
Venetum sapiētia clarum summope laudauit.  
Statuerunt igitur principes Hostem nullo mo-  
do prouocandum: sed uenturum aqua pla-  
nitie expectandum: Nouariāque urbem In-  
terea oppugnare: agros penitus deuastare: mœ-  
nia urbis tormentis maiorib⁹ ad imū cōcutere.  
Lo: D. q̄ primum bombardas ingentes Medio-  
lāo, crates, scalas: testudines, & expugnationi re-  
liqua necessaria mittere statuit: ne inani obsi-  
dione fatigatus exercitus: maximarum rerum  
opportunitatem amitteret. Viii. Idus Augu-  
stas citra Camarianum oppidum: quod in-  
ter Nouariam & Vercellas situm est: latissi-  
ma planities reddita est: Id oppidum paucis  
antediebus oībus hostibus trucidatis, crematis



ædificiis: nam & igne in suburbia quoq; sævitū  
est à Venetis militibus. At Gallorum Rex co-  
gnito Venetorum consilio sine prælio Noua-  
riensibus opitulari inuitis hostibus miro inge-  
nio cogitauit. Relicta uia: qua Vercellis No-  
uariam itur; ad dextrā operariorum ingēti mul-  
titudine, aliam sibi uia facere: eamq; fossā agge-  
re; munire statuit miro inuento. Interea cum  
audiuisset Venetos forti animo pugnam expe-  
ctare: Ioāne Iacobū Triultium; ut aliquid mo-  
liri uideretur: cum copiis præmisit; ut exercitus  
Venet' pugne expectatione ab oppugnatione  
desisteret: donec imbribus à pabulo milites ar-  
ceretur: alimētaq; ægrius in castra deferrentur;  
cogerenturq; hostes re infecta ad statua redire.  
His diebus equites peditesq; magna ex parte, no-  
cturna caligine, quæ tabernacula & tentoria;  
ut fumus, ad secundā diei horam cōplebat, meri-  
die uero solis uapore: mutata subito aeris q̄lita-  
te: frigore: ac uapore, lassitudieq; pariter defati-  
gati, exitialibus morbis piclitari cœpe, plurimi  
febrib' correpti: dysenteria: tenasmoq; ex lati-  
nis pauci, ex Germanis multi interiire. Vino  
enim ea gēs ī febris ardore non abstinet. qui me-  
dici officio usi sūt: nulli prorsus interiire. Mul



ti itaq; ex peditibus e castris missionem causari  
am accipere, ex equitib' uero ppauci. Ex grac  
cis. v. ad hostes transfugerunt: Nouarienses co  
die urbē egressi i Venetos impetum fecere i eo  
subitario praelio. xxx. desiderati sunt ex latinis,  
xxx. capti. Nouarienses ciues i urbe cōquerebā  
tur: qđ cymbrorum asp̄itatem & feram petulā  
tiam ferre nō possent. cuncta ii ceu communia  
possidebant. Hac die male obsessis uiis in urbē  
panis currus. iiii. armenta. xxviii. recepta sunt:  
Mediolanensibus secure prateruntib' pectora  
lia: quæ pectus tātum tegūt. d. eripuerē: quā iū  
ria uniuersum agrum exinanendum eē man  
darūt: eā rē seditionis in urbē cām facile eē pos  
se existimātes: Ager. n. Nouariensis campestris  
ē tā uberi & pingui solo, ut pabula effusim uni  
uerso exercitui large hoc tpe suppeditaret: nec  
defuit i ea perpetua obsidione in agris panicū,  
miliū. ac melica: quæ ab hostibus colligi non  
poterant: causa fertilitatis humor ē: quo omnis  
ager abundat: toto ferē solo per uenas aquarum  
resudantibus riuulis: Primo enim die quo ca  
stra locata sunt unus dūtaxat puteus in castello  
inuentus est: qui singulis diebus exhauriebatur  
alioquī a militib' aquatum extra castra ire op'



alioquin militibus aequatum extra castra ire o-  
pus erat: puteum igitur quisq; ante tabernaculū  
sibi fecerat: q̄re paucis dieb⁹ ad .M.d. puteos uel  
scrobes magis milites confodēre. Gregarii mili-  
tes peditēsq; .vii. Idus Augu. agri magnam par-  
tem ferro igniq; deuastarunt: contra Nouarien-  
ses pertinaciore aīo resistebant. Eo die Legatus ī  
clytae Ducis Allobrogum ad legatos uenit nū-  
tians non sine paruo principis suae moerore gal-  
los inuita Domina Vercellas occupasse: nec po-  
tuisse eorum uiribus resistere: studiosā semper  
fuisse Veneti Senatus: Bonique consulerent: si  
ipsa foemina armis impotens hostes coacta in  
urbem accepisset: orabatq; ut ab incursionibus  
abstinerēt: igni ferroq; parcerent: Hæc elocuto  
Melchior Triuisanus: & Lucas Pisanus Legati  
hæc pauca respondere: Allobrogum amicitia  
Venetū Senatū semper magnificisse: amici-  
tiæq; complura extare exempla: Verum bellū  
id Veneti Senatus cā non geri: Sed pro medio-  
lanensis prīcipis statu: ea fieri commemorarūt:  
Principē ob eam cām adeūdum eē. Interro-  
garunt præterea plura de gallorum Rege: deq;  
prīcipum consilio: Respondit ille procerū di-  
uersa studia eē: Plures belli īcommoda pertæsos



domū abiisse: quosdā pacis studiosos: tres uero  
 supereē concordiae plurimū aduersātes: costa-  
 men pecuniarum auidiores facile corrūpi pos-  
 se. Numerum hostium retulit. Regem pecuni-  
 am uniuersam: & multaticiā quoq; ad stipēdia  
 impendisse: nec existimare illum aperto Marte  
 cum Venetis dimicaturum mutata fortunæ ui-  
 cissitudine: Verum Nouariam urbem maxime  
 cordieē: auxiliāq; propēdiem noctu missurū.  
 His dictis legat<sup>9</sup> ad sese purgandum ad Ludouī-  
 cum Ducem contendit. Quinto Idus Stratio  
 tae græci milites Vercellas recto cursu petiere:  
 & milites .iiii. Ioannis Iacobi Triulcii captos  
 ī castra duxere. Octo uero trucidatos relinqui-  
 re: Vitelliū aut Neapolitan<sup>9</sup> Dux ferē capt<sup>9</sup> ē.  
 Captiui seorsum interrogati de hostium nu-  
 mero: qdā se torquendos existimātes præmetu  
 secreta reuelabāt xv. millia gallorum tūc Hastæ  
 Taurini: uercellisq; esse referebant .iiii. Idus  
 Bulgarū oppidū iuxta Vercellas. L. D. cōsensu  
 crematū ē: ne ī man<sup>9</sup> hostiū deueniret. Hoc die  
 ex teutoib<sup>9</sup> .d. q. Regis stipēdia secuti fuerāt: ad  
 uenetos transfugēre. Nūti<sup>9</sup> Io. Ia. Triulcii ad ī-  
 patorē uēit nūtiās mēta prōptitudīe bellādi il-  
 lū propediē hostiles uires armis tētaturū: Pridie



Idus uis male custoditis tormentorū genus qđ  
dam, quod arcus pforatos uocant militari uer-  
bo cc. in urbem recepti sunt: Idibus Nouarien-  
ses furfureo pancuti cœpunt in maxima anno-  
næ inopia: ob id Auriliensis Dux paupertatem o-  
mnem: ac inutilē plebem exclusit: Plurimi ma-  
lo cibo & aqua potu febre Ventrisq; proluuie la-  
borabant: His diebus Pontificis nuntius in ca-  
stra uenerat, ad Regē Gallorū iturus: qui dirū  
Anathematis pontificis & concilii noīe discrim-  
en deferebat: Carolū Regē Gallorum nisi ar-  
ma in Italia deposuisset: sociosq; infestare desiis-  
set horrendo fidei orthodoxæ anathemate dā-  
natum iri: & omnis, qui consilio: aut armis eū se-  
querent. Milites Comitis Achaiazai circiter. c.  
in salutato Impatore ē castris discessere: quod Le-  
gatus Venetus Melchior Triuisanus in contio-  
ne grauitē cōquestus ē: Petiitq; in ea ut milites  
lāceis inermes redditos expugna īstrui curaret.  
Rusticos item oparios qui exercitui ligone de-  
seruiant. satis laboris hactenus quæsitum esse a  
rusticis Venetarum urbium. His diebus uigili-  
as & labore continuo fatigato corpore noctuq;  
frigore correpto: uentris fluxu, quam diariam  
uocant Imperator laborauit. xviii. Calendas



Septembres suburbia penitus direpta sunt: ex-  
inde igne absumpta: eo die Galli cum Venetis  
subitaria pugna dimicarunt: in qua .cc. circiter  
ueneti cecidere: & Aloisius Lácea torméto sub  
latus est. xvii. Calédas Legati Veneti Petr<sup>9</sup> Mar-  
cellus & Georgius Emus íperatoria insignia cla-  
uam argenteam ac vexillum à Veneto Senatu  
ob res fœliciter gestas í castra maxío plausu detu-  
lere: ea primum sub tentorio ante altare deposi-  
ta sunt: quod hostilib<sup>9</sup> spoliis ornatum erat & re-  
gis cortinis uirgatis more patrio: Violaceo &  
croceo serico confutis, aureis litteris Regis & Re-  
ginæ nomina indicantibus: conuenere omnes  
Duces: Legati Veneti: ac exercitus toti<sup>9</sup> príces:  
Tum sacrificio rite peracto Georgius Emus Se-  
natus nomine insignia elargitus est his paucis  
uerbis. Magnanime prínceps hæc tibi impera-  
toria insignia Venetus Senatus animi tui: & fi-  
dei memor præter stipendia elargitur: qui gu-  
bernatoris præfectura contentus gallos ferocif-  
simos hostes ad Italiæ fines acriter fugasti: ob  
id cunctis dignus uisus es: qui imperator elige-  
reris: Tibi fideique tuæ Senatus Venetus sta-  
tum & rerum summam ita cōmendat: ut in re-  
ditu de gallis lauro redimitus more patrio triū-



phes. Tum imperator (ut audiuiimus) ita respōdit: Ego Senatus Veneti Illustrissimi auspiciis ferociam superbiāmque gallorum præfecturæ dignitate cohibere conatus sum; Nunc uero a dempto Imperatorio nomine pro benemerentissimi Senatus laude & gloria: fortunas omnis: & uitam maiore fide expositurus sum. hāc uocem tubarum clangor excepit: & congratulantium principum uicissim oscula: imperatoremque ad tabernaculum magna militū caterua comitati sunt: Vbi duces equitēsque inter epulas lautissimas supra castrorum luxuriam pro maxima imperatoris libertate magnam diei partem inter epulas consumpsere. Tum quidam ex Mediolanensibus retulit, Ludouicum Ducem unā cum uxore ea insignia uidere uoluisse: Legatis protinus annuentibus sceptrum & uexillum imperatorium in arce media Mediolanensi ostendēre. Tum auspiciū foelix, faustūque sit ille inquit. Idem optarunt pleriq; mediolanensium. Xvi. Calendas ex Germanis. c. a Rege ad Venetos transiere: stipendiūq; protin' accipere. Comes Petilian'q; hui' belli anxius erat, Vercellarū urbē capi legatis, & cæteris ducib' oportere suadebat: qua



capta Nouariam statim deditiōem facturam,  
occasionēque belli gerendi hostibus ita faci-  
leadimi posse arbitrabatur. Allobrogūque  
duci exinde restitui. Xiiii. Calendas per explo-  
ratorem edocti sūt Imperator ac Legati, peditū  
octo millia apud Regem esse: equites armatos  
mille octīgētos: Regēque Venetorum ca-  
stra à triplici latere: si opus fuerit: aggredi uelle.  
unde de mutandis castris rursus uerba habita  
sūt: Antoniū Mariā prætērea seuerinatē regia ar-  
ma secuturum: Eo die Imperator & reliqui du-  
ces in contionem processere: Comes Petilia-  
nus paucis uerbis hæc locutus est: Si pares ho-  
stibus sumus Principēs, in tutiora loca abeun-  
dum censeo: Si uero superiores, turpissima i-  
gnauia nota discedemus. nam qui recedit, fuge  
re creditur. At Comes Acaiazan<sup>9</sup> dispsos mili-  
tes recolligēdo seē, firmandaq; castra munimē-  
tis, uallo, fossā, ac flumīe. Explorator alter bom-  
bardarū nūerū: ac uires ad unguē retulit: iter eas  
duas eē lōgitudīs pedum .viii. cū dimidio: quæ  
pilas ferreas emittūt librarū. xxxv (libra. n. xviii  
uncias continet): q̄tuor uero, q̄s Colubrias uo-  
cant longitudinis pedum .xiiii. has alii passa-  
uolantes dicunt: quæ pilas emittunt .L. xxii.



Item quos falcones uocant xiiii, longos pedi-  
bus. vii. cum dimidio: quæ pilas plumbeas emit-  
tūt librarum xii. Hæc de tormentorum nume-  
ro, ac magnitudine nuntiata sunt: xiii. calen-  
das Stratiotæ quidam græca leuitate. xxv. in ur-  
bem ad hostes transfugere: ex quibus duo ca-  
pti sunt: alter uulneratus uix spirans; alter pro-  
tinus altissimo Illo patibulo sublimatus est:  
His diebus Veneti Legati Nicolaum Vrsinum  
Petilianum comitem ad Senatus stipendia sum-  
mo studio ducere curarunt, Virum rei bellicæ  
disciplinam callentem: qui in pueritia tyro:  
deinde miles; centurio: primipilaris: ductor;  
ac Imperator fuisset: ad quos Venet<sup>9</sup> Senatus re-  
spōdit castrorum præfecturæ tātum locum su-  
peresse: sed copiarū numerū se maiorem datu-  
rum, liberaliora; stipendia: satis ei esse pro tem-  
pore urbis Venetæ gratiam inire: illi; ma-  
iora: uberiora; non defutura. si deus uitam  
dederit. Quinquaginta igit<sup>r</sup> millia aureorū singu-  
lis annis pollicitus est Senatus nomine Mel-  
chior Triuisanus Legatus: & hortatus est ut obla-  
tam pro tempore conditionem lactus accipe-  
ret: Tū Comes Petilian<sup>9</sup> se nihil illa hora posse  
respōdere inq<sup>t</sup>: Statuit autem prius à me. Alexā



dro benedicto physico pro accipienda condi-  
tione propitii syderis aspectum querere: ut pro-  
speram diem denunciarem. cui respondi xi.  
Calendas ac sequentē diē: prospero euētus indi-  
care, ex Iouis cum luna coitu xii. librae gradu  
ac ueneris xv. eiusdem signi: ac Martis sextili  
contuitu peritorum iudicio. Xii. Calendas ger-  
mani sub uenetorum stipendio de fuga confi-  
lium iniere: & nisi Georgius Petraplanensis  
affuisset; qui feros animos mitigauerat: iam  
ad Regem defecissent. Nuntiātum est præterea  
Regē xx. M. peditum in summa collegisse, exer-  
citumq; in dies augere: & collatis signis propē-  
diem dimicaturum. ea fama crebrior erat ob  
urbis Nouariæ inopiam: quæ in maxima de-  
speratiōe bombardarum ictibus auxilia signis  
datis petebat: Vercellenses paribus ictibus re-  
spondebāt: Ea nocte Tabellarius Venetus à gal-  
lis captus est cum litteris quæ à Legatis ad Se-  
natum mittebantur: quæ publice lectæ sunt.  
Continebatur enim Legatos conquestos esse.  
cc. equites copiarum Mediolanensium inui-  
to Imperatore ob pecuniarum inopiam abiis-  
se: & ex Venetorum peditibus plurimos acce-  
pta pecunia diributorium decoxisse: Regem



deinde Gallorum in Galliam propediem recessurum. Dux Auriliensis easdem litteras & suas pariter tribus uillicis ad Regem dedit; Hi rursus à nostris secūdis uigiliis capti sūt: sed litteræ ducis ad regē protinus legi nō poterāt: quæ cōmutatis litteris & uerbis scriptæ erāt: Mediolanū propterea missæ sūt: atq; in nostratia uerba trāslatæ: mirādūmq; eò processisse ingenia: ut nihil tam litteris reconditum sit: quod humana industria non palām fiat: conquerebatur in iis Auriliensis Dux regem gallorum in Galliam abiturum, & Nouariæ urbis expeditionem fœdere relicturum: eaq; non sine regiæ maiestatis dedecore iactari. rei frumentariæ præterea inopia: & pecuniarum desperatione milites hostibus ultro se se dedituros: auxilia, irrita spe in longum protrahi uidentes: Germanos deinde in castris Venetis seditionem cum latinis interneciuo odio cōmouisse: & nisi Georgius Petraplanensis affuisset: iam domos abituros: Duces denique omnes inter se discordes esse. Hæ litteræ ad Senatū missæ sunt: tabellariorum deinde hora mutata est: ne de cætero nocturna occasione interciperentur. His diebus Vercellæ urbs iā Gallorū diuerticulū & cōuberniū facta est inuita (ut di-



cunt) domina: qđ Ludouicus Dux ægerrime  
tulit conatusq; exinde est Ducem Allobrogū à  
Gallorū studio auocare; ut illa Vercellis Gallos  
excluderet: Penituitq; Ducē Petiliani consilio  
Vercellas non occupasse: significauitq; nisi eos  
urbe expulisset, agros oēs militibus diripiēdos  
daturum; illa respondit parua manu gallorum  
Regē potētissimū ex sedibus suis non posse pro  
pellere: maximo sibi dāno esse alienos milites  
domi habere. Et si Impator & Legati Veneti nō  
ut iniuriā uicinitati aut affinitati. D. L. inferrēt  
oīa tñ igni ferroq; deuastāda militi p̄miserē: ut  
alimēta gallis adiungerēt; seditionēq; oīa cōple  
rēt: Tū Fracassius seuerinās ut prior prædæ in  
cūberet rē in posterā diē differre simulauit: græ  
cosq; milites falsa cunctatione decepit: Itaq; pri  
or cū. d. militibus leuius armatis in agrū sibi no  
tum noctu irrupit: rurāq; Vercelleniū popula  
bundus uastauit. armentorum circiter duomil  
lia: pecudes circiter mille abduxit: Hos secuti sūt  
græci stratiotæ: qui mille quoq; armenta in ca  
stra duxere: quæ trepidantes rustici in stabulis re  
liquerant: atque ita ager subito exinanitus est.  
his Fracassii milites inopiam & famem uice  
runt. Reliqua si qua relicta erant, armenta iussu



Ducis Allobrogum in uicina oppida protin<sup>9</sup>  
missa sunt. xi. Calédas pro aduentu Ludouici  
ducis magnifica in castris tentoria sub Tilia op-  
pidulo disposita sunt: nouaq; equitum arma-  
torum supplementa sub pesaurensi principe  
in castra recepta sunt circiter. cc. Nono cal. teu-  
tones & latini milites pristinae seditionis memo-  
res pedestri pugna dimicauere: i qua latioru de-  
cem tormentis cecidere: caeteri instantes & fugi-  
entium teutonum tergis inhaerentes. L. inter-  
fecere: Ac nisi Comes Petilianus ea uespera pra-  
esto affuisset: ad unum in tuguriis caesi fuissent:  
in femore Marcus ariminensis centurio tor-  
mento paruo transactus est: His diebus No-  
uarienses fame tandem macerati: istantemque  
expugnationem formidantes: intercepta pri-  
stina nuntiorum occasione ex summis tur-  
ribus arcéque sublimi, primis noctis uigiliis  
secundisque ac matutinis signi datione sub-  
lata ardenti face: ac demissa per interualla au-  
xilia petere anxie coeperunt: uel in conspe-  
ctu hostium: Haec exercitui alacritatem co-  
gnita hostium inopia attulere: qui consum-  
ptis alimentis iumenta caedere aggressi sunt:  
nec equis quidem abstinuisse feruntur: Ea



fames accedente aqua & potu: perpetua deinde uigilia: pauciorq; continuus: uarios uulgauerant morbos. ergo stratae erant uiae agrotis semiuuiis: qui cibum implorabant. Sed frustra surdas aures implebant eiulatibus: plures in dies cadebant. Dux Auriliensis dolore simul, ac pudore anxius: quia causa tantae cladis ipse esset: Litteras à Rege habuisse simulauit: quare per urbem campanas & tympana pulsantes aduentantis regis fiduciam irritam praeferebant: Cæterum noctu faces gallicae longius refulgentes accendebant: auxilia expetentes. His diebus cum ex castris egrederetur quidam ex amicis Nouariensium & quaedam oppida uisendi gratia adirent: Imposita super portis Seuerinatum insignia uiderunt: quae oppidanis impunitatem dedere: ob id ea nullus hostium aggredi ausus est. oppidani illos magno honore domi suscipere nullam bellicalamitatem sentientes. vii. Calendas septembris exploratores significauere Gallos mille & quingentos silenteluna alimētis oneratos urbi auxilia laturos prodita securitate singulis equitibus longiore distributo sacco. Imperator exercitus instructis secūdis uigiliis duabus aciebus: & equitibus leuis armaturae ad uiarum compita praeccludenda ipse



agmina ducit albis funalibus accēsis: bubulcos  
ducētes tormenta arduentes faces anteibāt; dispo-  
sitis militibus ac tormētis extīctis facibus explo-  
ratores turmam equitū hostilem uenientiū lon-  
gius audiuerē: qui cum se in medios hostes la-  
psos sentire, abiectis protinus sarcinis fugam pe-  
corum modo arripuerē: multi capti sunt. Fa-  
rina: uinum: & reliqua alimenta direpta: spoli-  
ati omnes in castra ducūtur: prāter eosq; subito  
delituere: die tamen reperti sunt: q; pecuniis au-  
ro: argento: annulis: monilibus & equis lētum  
militem, plusq; uerisimile sit, reddidere: Duces  
capti sunt Statilianus & Pelizensis quidam na-  
tione galli. Atq; Chiō prenethus regis alumnus  
à Lazario ariminēsi captus est. Iacobatius Vene-  
tus peditū prāfectus delitescētes inter uepres  
gallos die clamore terrefaciebat monendo stra-  
tiotas aduentare. utq; cito exirent: clamitabat:  
his uociferationibus: galli quidam prā nimio  
metu supplices exiere, ueniam & salutem oran-  
tes: captiui: qui latinorū mores nouerāt: ac na-  
tiuam in miseros clementiam auro se redime-  
re studebant: Legati Veneti prāconis uoce ut  
omnes captiui ea die ad prātorium duceren-  
tur, edixere: statueruntq; ut ad belli ultima Me



diolani :ac Cremæ in uinculis seruarentur.de  
inde sua quisque pecunia captiuitatem redime  
ret;Solebant enim qui capti fuissent post liber  
tatem fauiores in latinos esse. Dux Aurilien  
sis,qui hos in custodias mittendos audiuerat :  
Illos à Venetis catenis uinctos seruari ad per  
petuam triremium seruitutem falsò iactabat :  
ea seuitia ne in turcas quidem unq̃ usus ē Sena  
tus Venetus. Argumento fuerat quod militum  
calones & lixas Graeci milites uendere non po  
terant. Vi .calendas Imperator & Legati ob ger  
manorum seuitiam;seditionemq̃ continuam,  
ac suspicionem statuerunt : ne de caetero ger  
mani ad militiam conscriberentur. Firmarūt  
praeterea ea die fontanae arcem : in qua equi  
tes. c. pedites. cc. collocauere: ne facile in manus  
hostium deueniret. i i i i. Calendas Alobrogum  
legati ad Imperatorem Legatosq̃ uenere que  
relarum pleni: Ducem Mediolanensem affi  
nitatis rationem non habuisse demirati: quod  
milites contra ueteris amicitiae iura agros ami  
corum depopulati essent: i i i i. Calendas Co  
mitis Petiliani opera munimentum sub mœ  
nibus urbis : ut protinus maiora tormenta ad  
murorum ruinam subduceretur: cōstructū est:



uerum prius suburbana igni ferroq; deuastata  
sunt: Templumq; Diui Nazarii occuparunt, in  
quo ducentos eqtes. cccq; pedites praesidio loca  
uerunt Duce Carolo melitese ea die in castris nu  
ciatum e Florentinos cum Gallorum Rege foedera ini  
isse legatumq; cum paciscendi auctoritate ad Re  
gem misisse: ut Pisas urbem dolo amissa restitue  
ret, ac oppida: quae Petrus Medices tradiderat. c.  
millia aureorum singulis annis pollicentes, do  
nec bellum inchoatum absolueretur. cc. prae  
terea equites suo stipendio in Apulia alendos con  
tra Regem Ferdinandum. Legatus à Mediola  
nensibus intercipitur. patefacto foedere, Dux  
Mediolanensis copias in Pisanorum auxilium additis  
Venetorum pecuniis mittit: quibus Fracassium  
praeficit: Ea nocte excubiis Nicolaus Sauorgna  
nus ex huius gente patricius Venetus peditum  
dux terrefacto equo: accollapso armum mise  
re conuellit. Urbanoq; Filio militiae curam reli  
quit. Panis & auenae caritas: quae semper in ca  
stris fuerat. qua causa proueniret: quidam ex ami  
cis patefecit: qui oneratos currus ex principali  
bus horreis: furnisq; uehi affirmavit. In his ma  
ior pecuniarum pars impendebatur. nec in re  
alia maior quaestus fuit: nec diuturnior: Peditum



perpetuis dolis modus inuentus est; ut ii bis in mē-  
se recogniti bis stipendii dimidiū accipient; Et  
si id quibusdā ducibus molestum fuit; Germa-  
nis præsertim nōnullis qui supposititiis militi-  
bus diribitoriū exedebāt. Interea ad expugnā-  
dam urbē multa ab impatore parabantur. nec  
cessabat unq̄ ab ope: mō hostiū cōsilia explora-  
re: mō uigilias impare; laboribus cōtinuis nouū  
milite fatigare: Sed fossæ munimenta q̄; eū solli-  
citabāt. iiii. nonas septēbris Comes. N. Peti. Ca-  
rol<sup>9</sup> milites ad expugnationē cūcta parabāt: &  
si sociorū milites nō exigū<sup>9</sup> liuor excrucia-  
ret: ne gloria predæ q̄; utilitas uenitorū copiis daretur:  
Dū igit<sup>r</sup> Comes Petilian<sup>9</sup> p̄fectus expugna-  
tionē præpararet: Pilula plūbea sub renē dextrum  
tormēto impacta ē: & ad sinistrā scapulā infixā.  
ē diruto. n. munimento hostiū ante portā urbis  
in caput toto corpore se ipsū deuoluit uisa tor-  
mētī flāma: nec tñ<sup>r</sup> subitū iētū euitare potuit:  
Socii manu præfectū excipiunt: & in proximi  
Cœnobii cubiculū deferūt: Ingens protin<sup>9</sup> sol-  
licitudo: ac luctus in castra peruenit: eiulātes mi-  
lites querebant<sup>r</sup> in tāta rerū occasiōe clarissimū  
Ducē extinctū eē: despatāmq; eē urbis expugna-  
tionē. Regē p̄terea gallorū nō procul à castris si-



gna fixisse. Huius. n. cōsilio & industria impator  
tanq̃ ueterani militis: & ducis utebatur: me Ve  
neti exercitus medicum subito nuntio euoca  
ri ad se iussit: ego ut uulnus uidi: interrogauī an  
concidisset: eu omiūisset: sāguinem ue expuisset:  
urinā cruētā: aut excrementa emisisset: fami  
liares qui eū ptulerāt nihil horum uidisse affir  
marunt: urinā poposci: quā ut clarā uidi: saluos  
esse renes & ueslicā adiudicaui: Chirurgi oēs  
conuocati sunt & medici reliqui: Petrus fran  
ciscus mātuānus militia ornatus: Andreas No  
uariensis: q̃ renū quoq; salutē pronuntiauerē.  
An salua eēt intestina: nisi iniecto Clystere: in  
telligi nō potuit. Siliq̃ ægyptia cū rore syriaco  
fūmo mane pota & uentrē & intestina illa in  
dicauit: Mens itē sana diaphragma siue præcor  
dia integra ostēdit. Iii. nonas præfectus in taber  
naculū delatus est ubi cibi paululū assūpsit: so  
mnū exiguū & p̃ interualla cepit: Tum Regē  
gallorum aduentare certior fama erat: Hic ue  
ro tantā uictoriā eripi sibi e manibus & igno  
bili morte in tabernaculo extingui querebat̃  
gemens: & qui paulo ante inquit fœde fugerat:  
iam nos ultro prouocat: & sup̃bos nuntios mit  
tit: fortunam meam inquit in consilio habent



galli. His dictis à medicis quid spei superesset: quæ  
fuit: omnes salutem large promittere: uerū tar-  
diusculè uulnus ad cicatricem peruerturum. nā  
specillū æreum supra sesquipalmi longitudinē  
inditū fuerat. quidam uero non medicus: sed  
circulator falsā artis ostentatione subitā salutē  
aquæ medicatæ potu polliceri ausus est: fidemq;  
medicamenti dabat milii granū iniectum qđ se-  
quenti die ex ore uulneris prorumpet: Petilia-  
nus præfectus Ludouici ducis suasu, ad quē Cir-  
culator deuolauerat: potionem: quæ nihil ue-  
nenati cōtineret: morā ppeti nolens sumere sta-  
tuerat: inter has cōcertationes biduū cōsumptū  
est. Ego uero qui chirurgi dolos, & fraudē noue-  
ram: facile circulatori psuasi: qui iā xv. nūmos  
aureos acceperat: ut remediū in sequentē hebdo-  
madē differret. Nobiles interea chirurgi Tici-  
no Mediolanoq; acciti fuerant, qđ hoīs temeri-  
tatē pariter dāna uere. Pro Petiliani salute uota  
à militibus suscepta sūt. Pridie nonas septēbres  
Dux Auriliensis æs pro argēto signauit pecuni-  
arum inopia, quā nemo renuere ausus est. No-  
nis Georgius Petraplanēsis uir strenuus germa-  
norū peditū ductor, qđ sub Mediolanensi Duce  
merebat, ob eius fidē à ueneto senatu pecunias



dono accepit: Ea die. d. rustici operarii ad munimenta acciti uenerunt. vii. Idus Septē. Argēton<sup>9</sup> q̄ ātea apud Venetū senatū Legat<sup>9</sup> regis fuerat: sponte sua de pace cū Venetis legatis tractatur<sup>9</sup> tubicinē præmisit: qui legatis nuntiaret: Regē gallorū sociorū fœdera obseruaturū: nec aliud in Italia: præter q̄ regnum, quod iure suū esset petiturum: & pacē īprimis cū uenetis exoptare. quandoquidē sibi aduersari fortunā maximis discrimīb<sup>9</sup> cognouisset. vi. Idus Antoni<sup>9</sup> Faber centurio: ac Ioānes feltrēsis dū strenue munimēta quaedā sub portis expugnarēt: grauiiter uulnerati sunt. V. Idus sub mœnibus. iiii. mortaria in suburbio Diui Agapeti posita fuere: ad tectorū ruinā: bōbardas itē lōgiores: Tū Petrus Sclauus centurio sagitta uulnerat<sup>9</sup> moritur: Aloisi<sup>9</sup> Nouellus fauci<sup>9</sup> ī tabernaculū defertur: Schalæī castra delatæ sūt. iiii. Idus sacre quædam uirgines urbem egressæ in castra uenēre nuntiantes gallos in urbe summa macie: ac squalore confectos esse: nobiliores frumento cocto uesci: Priuata domorum tecta ad munimenta corripī: Claudestino nuntio Brescius inter regios proceres legatis uenetis nūtiat: Regiam maiestatem cum Veneto Senatu pacem desiderare: modo Sena-



tus unà cū rege Io. Galeacii Mariæ filiū puerū  
ad Prīcipatū promoueret: Cremonā exinde ur  
bē & alia oppida propinq̃ acceptur⁹. Legati ue  
ro ob fidē nūtiū obiurgarūt; Ea nocte bōbardæ  
duæ igētes in castra mediolāo delatæ sūt: quæ pi  
las lapideas librarū. cc. emittebāt. iis sequenti die  
ingēti ruina turre & portā q̃tere cœpūt: una no  
cte toti⁹ ciuitatis faciē mutatā eē uideres: tū Ve.  
Sen. ad p̃mia haud īpiger expugnatio iis tpe pri  
mis mœnia ascēdētibus, secūdis, ac tertiis pro le  
gatorū exercitus arbitrio munera elargiri decre  
uerat; In eo prosp̃o successū exorta rursus īter so  
cios milites inuidia ē; ne uenetis armis urbs di  
riperēt: p̃dæq; Veneto militi dareēt: Tū Galeacius  
Seuerinās Mediolanēsiū copiarū p̃fectus ob re  
gis aduētū. quicū apto Marte dimicādū eēt: ut  
tormēta mœnibus amouerent, clamitabat: deq;  
damno, ac iniuria: si ab hostibus raperentur pro  
testari legatis cœpit: At Veneti duces sūma despa  
tione tenebant cū urbē iā captā: non posse capi  
uiderent: frustra q; pecunias profūdi. magni itē  
exercitus instare ruina: & nisi p̃sto sit fortuna, fa  
cile posse opprimi. Fama fuit apud milites Va  
lidissimū uenētorū exercitū hostes. ac socios me  
diolanenses: si qd sceleris cōcepissent: ab infidiis



terruiſſe: Facinoris ſuſpicionē ī caſtris augebāt  
Seuerinatum fugiente rege prompta ſalutatio.  
Ducis ferrariēſis frequētes ac clandestini inter-  
nuntii: Non ultra igitur legatis uenetis in expu-  
gnādo cura fuit. ſed in cōſeruādīs copiis ſollici-  
tudo dūtaxat increuit. Fugæ exitū pleriq; Du-  
ces clā prætētauere: qui in magna rerū deſpatio-  
ne ſumma pte fluminis Ticini haud pto fundo  
uado, poſſe tranare ~~præſentari~~ <sup>præſentari</sup>: grauiora etiā  
in dies iactabant à mediolanenſibus militibus  
(ut fit) Venetos niſi annuēte Ludouico. D. non  
poſſe diſcedere: ſalutēmq; ac ruinam totius Ita-  
liæ in ſua haberi poteſtate: & oīum rerū arbitriū  
eſſe. maior od id Venetos milites cura ſubiit ex-  
ercitus maioribus copiis amplificandi: Propte-  
rea equites peditēſq; undiq; conſcribi petebant:  
famaq; erat gallorū Regem ab attiguis germa-  
niæ locis militū delectum habere: unde & à ue-  
neto pariter Senatu iam delectus ubiq; haberi  
cœpit. Tormentorū ingens numerus Venetiis:  
Verona: Brixiaq; uehebatur: Ductores alii ad  
ſtipendia cōſcribebantur: nec mōs erat in eo di-  
ſcrimine omnibus pro ſalute patriæ ſe ſe accigē-  
tibus: de transportandis item pontibus cogita-  
tum eſt: nihil igitur omiſere: ut ſi opus eſſet ad



60

Ticinum usque robur omnium uirium processisset: maior igitur, atque periculosior belli moles superesse uidebatur. xviii. calendas octobres omnium Ducum sententia fuit collatis signiscum Carolo gallorū Rege dimicare: omniumq; consensu emouenda esse tormenta salutis magisq; estimationi consulentiū: sed Venetorum contatione ea quoq; (ut dicemus) restituta est: xvii. Calendas Imperator Venetus à pugna ad pacem: quam uariis nuntiis Rex prætentauerat: animum conuertit: inter reliquos Comes Albertinus erat; qui de pace plura procurauerat: Hic primum cum Philippo Argentono ac Ioanne Iacobo Triultio de pacis conditionibus egit: quem gallorū Rex ad se acciri iussit. ad quem locutū esse accepimus: Legatos uenetos non posse satis admirari: qui pacem totiens à se oblata respuere uideantur: uerū Senatū semper pacem coluisse scire, etiam à maioribus suis habere: eo primum annuente in Italiam uenisse: regnūq; Neapolitanum recepisse sub antiquis pacis conditionibus, primum colloquia cum imperatore Veneto desiderare: cum quo paciscendi rationem tractaturus eēt. Sed obsidione urbem leuari prius uelle, Camerianum



exercitū ducere: ubi dē pacis cōditiōib⁹ propi⁹ p-  
tractādis facili⁹ cura eēt: tū scā dicēdi ptate co-  
mes Albertin⁹: oīa facilia eē respōdit: pter duo,  
urbis obsidiōē amouēr difficillimū eē cū .L.m.  
hoīnū adeē certū eēt: & Cāerianū oppidū occu-  
pādū eē ab hoste. ne infecta pace: tā prope hēre-  
tur hostis: tū discessit oīa īpatori & Legatis Ven.  
nūtiatur⁹: uēit cū caduceatore, q̄ īduciarū rōnē  
attulit: Forte sequēti die: hoc ē. xvi. Cal. Octob.  
Lu. D. prāter oīum opīonē cū carissima uxore  
Beatrice uenit. pridie mediol. discesserat fœlici  
horoscopo duce astrologo, sic quo nihil aggre-  
di consuevit, Ioue ī libra: luna ī leōe: ac mercu-  
rio ī libra pariter sextili cōtuitu: marte quoque  
cū lūa ad trinū aspectū ī sagittario prosposeuē  
t⁹ significātib⁹: Induciae protin⁹ īdictæ sūt trib⁹  
dieb⁹: hac cōditiōe ut alimēta urbi necessāria p-  
mitterēt: & ne qd ī urbe Nouaria īterea construī  
posset: At nihil ī re militari sine dolo īuēiri pōt:  
Dux qdē Auriliēsis alimētorū magnā ptē: quæ  
ciuib⁹ & militib⁹ dbebatur, ī arcē trāstulit: equos  
præterea. cc: q̄ pabulo carebāt Vercellas emisit:  
galli q̄ ī urbe erant fame iandiu macerati: squali-  
di ī castra singulis diebus ueniebant: cibo po-  
tūq; satiri uespi discedebāt: q̄ nūciarūt. M.D.C.



Germāos procurāte Vincentio Valerio castra  
 ueneta subiisse: Ceterū ī hoc bello militib⁹ ni-  
 hil magis aduersū fuit, quā equorum ingētium  
 an̄ oculos ruinā uidere: oīa cadauerum plena:  
 duo millia interiere: nocte continuis excubiis:  
 die fame uincebātur: nā muscarum tadio adeo  
 cruciabant: ut cōtēpto pabulo humi, procum-  
 berēt: inter has inducias gallorum Rex militū  
 abeūtiū solitudine pturbat⁹ cōcione aduoca-  
 ta exercitū in dies patriæ desiderio magis exhau-  
 riri retulit: Hostiū uero increfcere: uerum quae  
 de regib⁹ Hispaniarū uulgata eēt: uana procul  
 dubio cōpiri: in summaq; tutum ēē Venetos, ac  
 mediolanēses ad pacis cōditiōes adducere: ut re-  
 gnum Neapolitanum labefactatum confirma-  
 ri possit, ea. n. gens imbellis est, quae quoruncun-  
 q; bella minitantium impata faciat, stabilito co-  
 impio: si de⁹ uolet, nihil obstabit quo min⁹ ul-  
 tra finum hadriacum copias traiciat: & terrarū  
 spatia emensus, maxima gloria, minimo picu-  
 lo Hierosolymam quo deus uocat, perueniat,  
 Sed talia iactando in primis Venetorū fidem  
 firmare opus esse. cū nulla natio sit, quae trāsire  
 eos terminos prohibere possit, Sed suspectae (ut  
 iunt) uicinitatis metus obstat. his peractis Le-



gatos principē geensē, ac Philippū argētonum  
mittit: Qui cū xv. Calē. in conspectu Ludouici  
Ducis & ipatoris Veneti & Legatorū eēnt: Petie  
re ut facta abeūdi facultate Auriliēsis Dux cum  
maiestate regia colloqui posset: quib⁹ Ludouic⁹  
Dux respōdit nequaquā se id facturū: sed pri⁹ de  
paciscōditionib⁹ tractādū. Hic. n. aīo statuerat  
patē omnino nutāte impio cōponere: Genuā  
ac Sauonā si opuseēt traditur⁹: Misitq; Frāciscū  
Bernardinū Vicecomitē, cū quo ipatoris noī -  
ne Hieronymus stanga eēt: ut de cōditionibus a  
geret, & cū ī cōtiōe eēt: non ultra de bello infe-  
rendo: sed de ponēdus armis cōsilia habēda esse  
proposuit, amotis iā a mœnibus tormētis: & cō  
uersus ad hispaniae regū legatum: quid ei ui-  
deretur īterrogauit. Aderant aut & reliq; legati:  
Ille nihil iure fieri pōt inquit sine regum suorū  
& sociorū oīum consensu. Ad quā cōmotus Lu-  
douicus Dux & indignatiois plen⁹: Reges eius  
sociorum foedera non seruasse respondit: nihil  
q; penitus tētaffe: sese uerba tantum accepisse: ue-  
rum imperium suum in maximo uersari peri-  
culo: deliberandi igitur morā sibi plurimū ob-  
esse: se pluris salutē imperii sui facere: q̄ sociorū  
dignitatē & gloriā: sed foederis iura: prāter q̄ a



Venetis à nullo hactenus seruata fuisse cōflare:  
Rediere nuncii eo die qui ad regē ierant: nūciā  
tes Maclodiēse cardiale plures, q̄ par erat, cōdi  
tiones regio nomine expostulasse: sibiq; discedē  
tibus re infecta Io. Iacobū Triulcium Regiam  
maiestatē ad mitiores cōditiōes uēturā ānuisse:  
De damno. n. regis incredibili Cardinalis ipse  
gallus plura recensuerat: Ex uultu tamē oīum  
circūstantium; ad pacis desideria, ut in patriam  
redirēt, animos iclīare, facilis cōiectura erat: In  
duobusq; tātū res uersari uidebatur: Altero ut  
Senatus Venetus ab iniuria abstineret: & ne Fer  
dinando regi auxilia cōferret: Ludouicus Dux  
pacis auidus descendere uidebatur ad cōditiōes,  
easq; per tabellarios caduceatoresq; prēmitti pe  
tiit. xiii. Calē. Octob. Sesia flumen citra Vercel  
las adeo icreuit, ut castra regis citra ripas copiae  
reliq; ultra diuisis uirib⁹ nō sine piculo eēnt. xii.  
Calē. inter ducem Mediolanensem, ac Lega  
tum Hispaniae rursus contentio orta est in ipsa  
contione: ne quid sine sociorum cōsensu fie  
ret: foederis praeerea conditio una palā lecta ē,  
ī qua continebatur, ne quid de pace cum hoste  
proponi posset insciis sociis: de consilio prius  
habendo legatus respondit: Ludouicus uero



Dux: ut litteris tuis significaretur interpretabatur  
non sine rursus indignatione legato obiecit: ex so-  
cuis neminem praeter sanctissimum Senatū uenetum  
foederis sacra iura seruasse: & se sociorum negligen-  
tia de finiendo bello inuitū tractare. Eo extra cō-  
tionē dimisso Legati regii admissi sunt pro impa-  
tor Cienfis: & Praenensis ac Argētonus procures  
ii. petiere ut Auriliensis Dux facta abeundi pote-  
state per medios hostes ad regē proficisci posset re-  
diturus ad principis mediolanensis arbitriū. tū plu-  
ra de cōditionib⁹ tractauere incassū. Legati regii  
cōmemorabāt romanorū regē regis sui amicū  
eē: nec ab eo iniuriā reformidari: At Ludouicus  
Dux inquit an Nouariā urbē impii occupatā esse  
ignoratis: meq; ipsum ab impio dependere: uel  
magis ipsū regē in territorio Impatoris Cæsaris  
Maximiliani bella gerere: non sine maiestatis suae  
iniuria. Ab his oēs discessere in facta re. Postera die  
hoc est xi. calendas rursū in castra uenēre: in ta-  
bernaculū admissi sunt: iussi cōsedere: L. D. sic or-  
sus ē: Si rex uester depositus ē arma: ad pacis cō-  
ditiones aequas descendere opus est: Ego satis tut⁹ sū  
Maximiliani ro. regis patrociniō & Veneti Se-  
natus armis: cui ego & oīs posteritas semper de-  
bebit: qui statum impii mei incolumē seruauit.



de pacis uero cōditionibus classē ī pugna captā  
iure belli restituēdā eē nō putam<sup>9</sup>: deq; damno  
īmodico regis, refarciri īpossibile ē: uel iudex  
eligēdus: de Francisco secco, ad impatorē Vene-  
tum p̄tinere respondit. His diebus nūtiatum ē  
Maxi. Regem Romanorū maxio cū exercitu  
suadente Zaccharia cōtarenō Veneti Senat<sup>9</sup> le-  
gato in auxiliū sociorū paratum esse: bellumq;  
cū Gallis maxie optare. x. Calē. Septē. Lu. Dux  
clādestīo colloqo Legatos gallorū allocut<sup>9</sup> ē nō  
sine aliorū suspitiōe. Interealoci dū hēc ī castris  
gerūt Venet<sup>9</sup> Senat<sup>9</sup> ī dies supplemēta mittere nō  
cessabat: lris tñ suadebat: ut. L. Dux Neapolitāi  
regni difficultatē oēm īter gallorū regē & Ferd.  
cuiuspiā iudicis arbitrio dari oī nixu studret. il-  
le mox Legatis regiis facile īqt sine armis regno  
potitur<sup>9</sup> ē: si uelit rex ur̄ legatis mōm rogātib<sup>9</sup> re-  
spōdit, pheudi titulo: ut quotānis ei tributa p-  
soluātur: Maximūq; decus eē regi regibus īpar.  
Argētōus respōdit se sup his sine regis nutu qcq;  
nō audeī. His ultro citroq; acceptis, abieī. eo die  
Aurili. dux sine īiuria multis comitātib<sup>9</sup> ad Re-  
gē profectus ē. viii. Calē. rursus Nouaria salucē  
fis quoq; Marchio Vercellas uersus discessit: In-  
duciaēq; ad Cal. Octob. Vēti Senat<sup>9</sup> cā protracte  
sūt, ut cōsultis p̄ribus qd de iēūda pace decretū



fuiſſet reſcriberet, liii. Calé. iter germāos & ita  
los ſeditio alia exorta é: illi cū ob erratē p caſtra  
milite latīū ātea ī feſtū uidrēt: itercepūt: & cōuo  
catis protin⁹ militib⁹ ī mediā coronā obligatis  
poſt tergū māib⁹ protraxeſ. magnis. n. clāorib⁹  
circūſtabāt & teutonū ſtudia omniū ad necem  
ferebātur: una erat uox teutōica līgua pī emiſſa  
cōſeſu ut protin⁹ trucidaretur: nec armata factio  
ab ullo cōpſſa é: tū un⁹ militū ilico caput abſci  
dit: cognita re latini hūc carnificē p dīta ſecuri  
tate ob eqtātē obſeruauere: q cū ſecus foſſas Ti  
liæ ſecur⁹ criſtis ſublimis p trāſiret: lāceis ſubito  
cōfoſſus à pluribus, equo cōcidit: uox illa ad tu  
guria germāorū dlata oēs ad arma excitauit. hi  
coiere: latini piter eqtes ac pedites ī aciē protius  
ſteterē lāceis telis: tormētis, gladiis ueluti colla  
tis ſignis dimicare coepunt, īteſtīa rabie: germāi  
ſubito cedūt: latini iſtāt: Tum ipatoris aduētū  
ſocialis pugna repēte dirēpta é: His diebus circi  
ter germāorū. xx. m. ī regis auxilium uenerunt  
gēs fera, ſui iuris, q ī ſolēti petulātia pecunias īgē  
tes expoſcebat. Verū auri inopia gallorum regē  
L. D. metus īgēs ad propalādā pacē præcipites  
trahebant illū ut cōfecta pace dimiſſis germāis  
ſalarium non exolueret: eamq; ob cauſam in ca



stris seditionē oriri facile haud dubitabat: nam  
nec tāta germāorum multitudinē expeti spauē  
rat: Hunc exhausto ferē exercitu sub pacis spe  
nūerus retētium hostiū germāorū pterrebat: In  
terea indies peditū: ac eqtū ingēs nūerus ex lati-  
nis solutis ueluti castris discendebāt. L. D. nō si-  
ne magna proditiōis suspitiōe iterdixit: ne q̄s  
ex portitorib<sup>9</sup> fluuiorū quēq̄ militū traicer<sup>9</sup> au-  
deat, capitali poena idcā: Rex pacis cōditionis  
aucto exercitu meliores reddere curabat. in bidu-  
umq; induciæ protractæ fuere. Cal. Octob. in-  
ter has inducias. L. D. ueritus ne qd fraudis infer-  
ret, dimisso præserti exercitu: cū Nouariē sibus  
ciuib<sup>9</sup> res clā cōposuit: ut portā sibi apirent in  
magna rerū despatiōe: q̄ uniuerse exercitus ad-  
mitteret. vi. Non. Octob. Sena. Ve. de pacis cō-  
ditiōibus nihil sine sociorum monitu agere uel-  
le ex iure foederis respōdit: Instantiore. n. cura  
petebat Rex ut Senatus quoq; pacis conditio-  
nis amplecteretur: His auditis Legati regii à fi-  
de uenetorum Ludouicum Ducem auocare  
contendunt: clamque hortantur ut bellum  
Venetis inferat cum Rege pacatus: uel Re-  
gi cum Venetis dimicaturō uiam bello ape-  
riat. iduciæ iterum ī octauum diem protractæ



sūt: Legati exercitus sollicitudinis pleni à Sena-  
tu litteris petiere: qđ nā in cōpositis rebus deco-  
piis agendū eēt: quoniā tps iniquitate in castris  
contineri milites non possent: Respondit Sena-  
tus pecuniis datis eas in agrū brixianū tutò sub-  
ducendas: Legati iterea rediere quorū aīos cogi-  
tationes exedebāt: qđ nullo mō Venetum Sena-  
tum pro eorū aīo ad pacis conditiones iure fœ-  
deris trahere potuissent: apud quos Ludouicus  
dux Veneti senatus fidem summope collauda-  
uit: dolumq; aut fraudem nunq̃ in eo inuētā eē  
cōmemorauit. cui uel ifidi Turcæ præcipue ci-  
derent. eò die Dux Brasinchenfis germanus cū  
equitibus. cccc. Lu. D. stipēdio magnifice instru-  
ctis castra ingressus est. iiii. nonas Captiuus Bar-  
bontis nothus gallus Mātua ad castra uenit: quē  
Lu. D. admonuit non finito bello: illi Mantuā  
redeundum eē: alioquin uices subiret Cardina-  
lis genuēsis filii. q̃ tantūdem auri īpenderet q̃tū  
ipse noth⁹ pro redēptiōe promississet. iiii. nonas  
Hercules Dux ferrariēsis castra īgressus ē: arcige-  
nuēsi utriusq; noīe impatur⁹. Qui unā protin⁹  
cū exercitus impatore regē gallorū adierunt: à  
quo honorifice pridie nonas suscepti sūt: Rex  
plura cū impatore de Tarrēsi pugna collocut⁹ ē:



mox de pace:& de ponēdis armis mentio hīta:  
Petiitq; an sub eius stipēdio cōtra Ferdinādū re  
gē militare uellet:cui se sacramento astrictū eē  
Veneto Senatui:& impatorio noīe se ornatum  
eē respondit. His dictis Rex extra urbem egres  
s' equos sublimes,& egregios adduci iussit:oēsq;  
ab Imperatore Veneto laudatos,elargitus est:  
Ille duos tātum dono accepit:griasq; regi imor  
tales egit:quo salutato,& oībus procerib', i ca  
stra rediit: Tū Io. Iacobi Triultii filio protinus  
Ludouicus Dux oppida in integrum & prouē  
tus restitue' promisit.viii.Idus Octob.Proim  
pator Giensis regi' i castra Venetorū uenit:quē  
sic locutū eē i cōtiōe ad Legatos accepim': Rex  
n'r scire admodū cupit:hostis ne an amic' sit, Se  
nat' uester,an uelit Monopolim restituere. Ad  
quē Legati exercitus plurib' uerbis non opus  
eē respōderūt: Veterē Regis amicitia Sēatū cole  
re:bellum semp odisse: pacis cōditiones non re  
spuere,uerum in sociis nihil obfirmar' pos  
se:His dictis,dimissaq; cōtiōe Legatus ad Regē  
rediit:oīaq; ordīe nūtiavit.vii.Idus Legatus Lu  
douici Ducis retulit secū apud Regē eēt: pacis  
foedera specialius à Veneto Senatu desiderantē,  
cognouisse eū diutē anxium cum proceribus



fuis in secretis fuisse: stabilita Tandem cum Ludouico Duce pace contionem dimisisse, ultra alpes protinus equitaturū. Ea die Proimperator Gienfis regius unā cum aliis legatis ī castra sociorum uenit: Aderant & Legati Veneti: & Hispaniēsis orator: Tū corā omnibus has a Rege gallorum conditiones datas accepit. Lud. Dux: ut classē primū rex in Genuensi portu ad praescriptum parare posset. neue Ludoui. Dux Ferdinādo Regi hosti auxilia mitteret: Classēq; Genuae retentam restitueret: Genuēse arcē Herculi ferrariensi duci in biennium traderet. Ioānem Iacobum Triultium restitueretque eius oppida: & captiuos. inter quos Miolensis princeps: ac magnus Barbōtis noth<sup>9</sup> Ac. L. millia nummum aureorum Auriliensi Duci penderet. Omnes demum sibi foedere coniunctos obseruaret. A Ludouico uero legatus regis has quoque conditiones accepit: quarum prima ut foedera priora inter Pontificē, Maximilianū Regem Romanorum: Reges Hispaniae Senatū Venetū imprimis seruarentur: No uaria deinde restitueretur: Item pecuniae hoc ē circiter. cc. m. nūmū aureorū regi mutuo data redderēt. Reliquae exigui momēti fuerūt. Tū. L.

unum  
A



D. & Legatus Gallorum auditis pacis conditio-  
nibus iureiurando se omnes seruatu-  
ros promissere ac legatus protinus discessit. vi. Idus Imperator & Legati exercitus concrematis tuguriis, a motis tentoriis milites dimissere: quos Ludouicus Dux: ac Legati ceteri extra castra comitati sunt: gratiasque Imperatori & legatis exercitus egit: statimque in castra rediit. Gallus eo die Ver-  
cellis in galliam moestissimus discessit, pecunias & exercitum comitatus. Imperator ad Vicum granarolam exercitum Venetum duxit. xii. milia. p. a castris  
Ea die Galeatius Seuerinus Nouariam ingressus est: & arci nouum praesidium imposuit. v. Idus Imperator in Vegenenis oppido Ludouicum Ducem comoratus est: ubi una cum Legatis Venetis consumpto inter  
latitiam regali prandio: equos conscendere oppido egressis Ludouici. Dux ita locutus est: Gra-  
tias immortales agimus Senatui uestro sanctis-  
simo: qui nutanti imperio: magna fide: ma-  
gna constantia: opem rebus dubiis attulerit: qui  
nunquam exercitum discedere passus sit: donec fir-  
matis rebus: recepta Nouaria, ipse tutus in meo  
fuerim imperio: Vobisque legatis plura me debe-  
re fateor: quod existimationem meam uel meis iuui-  
tutati fueritis: & tormenta a mœnibus itepestiue



amouere noluerit; & nisi uestra affuisset fides: cō  
filiūmq; res nostræ ocysq; Neapolitanæ praeci  
pites corruisset. De quibus meritis: ac laudibus  
ipsi corā Serenissimo Principe uestro: & Sena  
tu uniuerso gratias agentes: uberius referem?  
Post mutuos complexus discessere. Dux Vige  
uenas rediit: Impator uero iūctis ponte Ticini  
ripis cū oībus copiis Ticinū uerius iter aggres  
sus est. Legati uero .iiii. Idus Mediolanū uene  
re: ibi duobus diebus consumptis Laudēmpō  
peiā; deinde Cremā pridie Idus uenere: Vnde  
germani accepta pecunia discessere: Hinc & Ita  
li pedites domū abiere: Annūtiarūt Carolū me  
litensem: militiae clarum: consilio acré: manu  
strenuū: principibus acceptissimū; & militibus  
charū febre correptum Papiæ obisse: Cremae sta  
tiuorum ratio habita est: equites ferè omnes per  
Cremensem: Bergomensem: Brixienseq; agrū  
distributi sūt; Legati Crema Idibus Vrcios nō  
uos uenere: olio flumini ponte imposito. xvii.  
calē. nouēb. Legati Brixia iere: ubi litteras à Se  
nato accepere: quibus libera redeūdi domum  
potestas data est: Hinc Mantuā uenerunt: quo  
rū cā xiii. calendas Impator mātuanus ludos fe  
cit: consumptis aliq; bus diebus: calēdis mantua



discessere padoq; flumine Venetias uenerunt.  
vi. idus nouembres. Augustinus Barbadicus  
Princeps summe sapientiae, & uniuersus Senatus  
triumphalem nauem pro more bucentaurum  
dictam, conscendere, obuiam Imperatori de re  
.p. bene merito ituri; cum quo & Legati exercit<sup>9</sup>  
erāt. Tum Princeps cū uniuerso Senatu, cūq;  
legatis oībus Italiae Principū, & M. Regis. ro; &  
hispaniae regū, Imperatorē letitia ingenti in na  
uē excepit: eūq; de uictoria collaudando am  
plexus est: triumphiq; imaginē per urbem mo  
re patrio dedit: comitabantur nauem regiā mi  
morū uniremes; ciuiumq; nauiculæ innumera  
biles; hīc inde, ab omni populo maximo exce  
pti sunt plausu: multipliciq; Senatorū ample  
xu dies ferē consumpta est. Cæteri cū patribus  
ad quotidiana colloquia dati; de bello, de pa  
ce plura elocuti sūt. Idibus accepta à Senatu gra  
ta missiōe Patauiū uenit: inde: Vicentia: Vero  
na: domū rediit: Tū Lucas Pisan<sup>9</sup> præfect<sup>9</sup> desi  
gnatus Veronā concessit. xvii. calendas decem  
bres Melchior Triuisanus alter legatus, classis  
Imperator in Comitibus delectus est.

**F I N I S**



Alexander Benedictus Veronensis Physi-  
cus Sebastiano Baduario equiti; & Hie-  
ronymo Bernardo consiliariis  
Veneti Senatus clarissimis,  
S . P . D .

Belli Gallici libri excellentiss. Consiliarii, qui  
nuper studiosissime recogniti sunt: in uulgus pro-  
dire audent: nec popularem censuram langu-  
dæ auctoritatis ueretur: discussis rebus omnib<sup>9</sup>.  
Verū multa de industria prætermisimus peri-  
culis undiq; obuiis: quæ tamen non sine ma-  
gna quorundam nota dici potuissent: & si ad Se-  
natus huius perennem gloriam pertinere non  
dubitauerimus. Vulgatissimum enim est ueri-  
tatem odia parere: & necem sæpenumero ma-  
turare: unde in plerisq; rebus conscientie uis il-  
la elaguefcit: emoriturq;: abducuntq; in diuersū,  
uel inclināt scriptorē præsentia discrimina: te-  
merarii item animi esse putant: hominem non  
sibi ignoscere. Conniuere igitur paululum pro  
tempore opus fuit: donec posteris alii confide-  
tius apertiora sine metu relinquunt: quū ossa;  
ac cineres iniquorū rabiem contemnūt. Nos  
tamen intentionem non occultamus: quum



68  
strabonē quēpiam, petum: uel claudum aliū,  
infirmum talis parcius appellamus. Nostra igitur  
simplicitate contenti has ephemeridas con-  
tractius, expeditiusq; conscripsimus: quas cum  
in castris essemus, promissimus: & ea tam diligē-  
ter q̄ libenter in tantis occupationibus collegi-  
mus: ne omnino tanta Italiae clades: quae subi-  
ta Venetorum ui ultra alpes propulsa est: ma-  
gna posteritatis iniuria supprimeretur. Verum  
haec multo aliter: ac ceteri: qui post nos scriptu-  
ri sunt: indicauimus. Quae excellentiss. Cōsilarii  
qualiacunque sint, æquo animo suscipietis: Si  
nihil tam paruum esse: quod non gloriam pa-  
rere possit: existimaueritis. Valete: Venetiis  
M .IIII D. Sexto Cal. Septembres.


M

Impetratum est ab Illustriss. S. Veneto ne lice-  
at cuiq; has ephemeridas imprimere nec lati-  
no sermōe nec uulgario &c. ut ī priuilegio.














































BENED.  
DIAR.  
DE BELL.  
CAROL.  
1740

ATO 10

NAZIONALE

390  
**D**  
123

- VENEZIA

MARIA  
ARCIA